




# Quartus liber Moysi, qui inscribitur Numeri

<https://hdl.handle.net/1874/428693>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Rest 1311


PL. 2 23











si quod roca aqua nuda et sub qd  
et sub huc que sunt ace nate  
et quid aqua mixta cu oleo hanc  
acir om


agua mixta  
dit cum oleo super terram  
aquam.

Biblia et interpretes


Octavo n<sup>o</sup>. 166.


Kart 131

M. Q. 28.









N. 29. A.

QVARTVS LIBER  
M O Y S I,  
QVI INSCRIBITVR  
NVMERI.

AD EBRAICAM VERITATEM RECOGNITVS, ET  
argumentis atque scholiis  
illustratus

A Victorino Strigelio.



*Ex dono Buchelii*

L I P S I A E.  
CVM PRIVILEGIO.



M<sup>14</sup> O Y 3 2

VALINER

IVMERI

AD BRALAM

ALIBR

A Victoria

LIBRAR

LIBRAR

LIBRAR

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPIS AC DO-

MINO DOMINO IOACHIMO

Friderico, Illustrissimi Principis ac Domini

Domini Iohannis Georgij filio, Mar-

chioni Brandeburgensi, &c.

Domino suo clemen-

tissimo

S. D.

**M**VLTVM INTER SE DI-  
stant historiae propheticæ &  
narrationes Ethnicæ, longeq;  
sunt diuersæ atq; seiunctæ. Ac mihi  
quidem primum omnium videntur dif-  
ferre antiquitate & certitudine. De-  
inde doctrina. Tertio miraculis. Po-  
stremo exemplis. De hisce discrimini-  
bus propter iuniores me dicere oportere  
intelligo, & vt auidius legant hi-  
storias propheticas, & vt Ecclesiam  
rectius nosse discant.

PRINCIPIO satis constat, in nul-  
la historia extra Ecclesiam recitari ini-  
tia mundi & generis humani & certam  
seriem annorum vsq; ad Persicam mo-  
narchiam. Nam Herodotus antiquissi-



mus historiæ scriptor apud Græcos inchoat suas narrationes paulò ante finem propheticae historiæ. Est & illa Africani asseueratio vera, quæ extat apud Eusebium libro decimo præparationis Euangelicæ: Ante initiû Olympiadum nihil certi in Græcis historijs reperitur, sed omnia plena sunt confusionis & dissonantiæ. Inchoantur autem Olympiades Græcorum post excidium Troiæ anno tertio supra quadringentesimum & anno quarto & vicefimo ante urbem conditam, hoc est, anno secundo Iotham, qui fuit pater Achas & auus Ezechia. At historiam propheticam verissimam & certissimam esse cum alia multa ostendunt, tum vero miracula & vaticinia à prophetis edita, quibus euentus exactissime respondent.

Deinde scriptores historici extra Ecclesiam tantum intexunt narrationi sententias de moribus & de pœnis sceleratorum cum lege diuina congruentes, quia legis noticia nobiscum nascitur. At in historia prophetica promissio de filio Dei Domino nostro Iesu Christo & de recõciliatione velut gemma in-

ma insignis eminet. Etsi enim sola Ecclesia semper retinuit integram & incorruptam legis doctrinam; tamen vox Euangelij proprie facit discrimen Ecclesie & aliarum gentium, sicut inquit Paulus, Fundamentum aliud non potest poni præter id quod positum est, quod est Iesus Christus.

Adde huc miracula Ecclesie propria, longe supra dæmonum vires posita, quæ nullo modo imitari Diabolus potest, cuiusmodi sunt creatio, restitutio vitæ primorum parentum post lapsum, inflammatio victimarum diuinitus facta, conseruatio Nohæ in diluuiio, eductio populi Israël ex Aegypto, resuscitatio mortuorû, fœcundatio matronarum, quæ & natura steriles & propter ætatem effœtæ fuerunt. Hæc & similia miracula nusquam sunt nisi in Ecclesia.

Postremo in historijs Ethnicis tantum sunt exempla iræ Dei & pœnarum, quæ congruunt ad comminationes diuinas. Sacræ vero historie proponunt exempla iræ & gratiæ Dei, vt excitentur in animis timor & fides. Præterea imagines virtutum Ethnicarum perti-

nent ad secundam Decalogi tabulam. At in historia Ecclesiæ exempla virtutum vtriusq; tabulæ conspiciuntur.

Quorsum autem hoc tam procul repetitum exordium pertinet? Huc videlicet, vt iuniores metam lectionis librorum Moyfi prospiciant. Nam vt de reliquis Moyfi scriptis, de quibus aliàs dictum est, nunc non dicam, hic certe quartus liber, qui à numeratione populi Israëli nomen accepit, plenus est ingentium miraculorum, plenus exemplorum iræ & gratiæ, plenus dulcissimarum imaginum Christi & Ecclesiæ.

Manna de cælo sparsum est, & quotidie singulis Israëlitis duo *χίμυξ*, id est, quatuor sextarij dati sunt. Data sunt carnes, percussa rupes virga Moyfi effudit largos fontes, tecta est multitudo nube interdiu, & noctu prælucentibus flammis, virga Aharonis floruit. Icti à serpentibus igneis, cum aspiciant æneum serpentem, ad hoc ordinatum mandato Dei, sanabantur. Exhibentur etiam in varijs prælijs illustra testimonia præsentis Dei. Horum ingentium miraculorum consideratio in nobis fidem de tota doctrina  
Eccle-

DEDICATORIA.

Ecclesiæ confirmet. In eadem historia hoc quoque considerandum est, magnam partem populi, qui gerit nomen Ecclesiæ Dei horribiliter labi & puniri, ut Maria ardens æmulatione aduersus fratrem Moysen lepra percutitur. Exploratores omnes præter Iosua & Caleb subita nece coram populo diuinitus interficiuntur. Violans sabbatum saxis obruitur. Seditiosi Chore & alij hiati terræ absorbentur, & paulò post quatuordecim millia & septingenti pereunt cœlesti flamma. Rursus propter idolatriam & scortationem viginti quatuor millia hominum occiduntur, & suspenduntur omnium tribuum principes. Denique sexcenta millia virorum, qui duce Moysse ex Aegypto exierant, in deserto partim morbis, partim tragicis pœnis delentur. Iam cogitemus quanta sit impietas, propositis tantis exemplis iræ, tamen secure vel negligere, vel contemnere iudicium Dei. Sed hi qui expauescunt agnitione iræ Dei animo & cogitatione conuersi sint ad exempla gratiæ in hac ipsa historia proposita. Nam Deus recepit Aharonem quamuis pollutum magno scelere,



& Mariæ forori Aharonis & Moyſis  
 agenti pœnitentiam culpam & pœnam  
 remiſit. Seruauit etiam aliquas populi  
 reliquias , quæ retinuerunt doctrinæ  
 puritatem , fidem & veram inuocatio-  
 nem.

Contemplemur etiam quàm ma-  
 xime intentis oculis dulciſſimas ima-  
 gines Chriſti & Eccleſiæ. Vt vaccam  
 ruſſam comburi oportuit , ita promiſ-  
 ſum mediatorem pro nobis mori de-  
 cretum fuit. Et cineri aqua infundit-  
 tur, vt conſpergi alij poſſint, & fit con-  
 ſperſio immerſa hyſſopo in eam aquã,  
 id eſt, mors Chriſti prædicatur per Eu-  
 angelium, & miniſter eſt hyſſopus per  
 Euangeliũ communicans cinerem, id  
 eſt, mortis Chriſti efficaciam nobis ap-  
 plicans. Sic Chriſtus eſt petra à lege  
 percuffa fundens fontes, quibus reddi-  
 tur nobis vita æterna. Idem D O M I-  
 N U S eſt ſerpens æneus, quem aſpicien-  
 tes, id eſt, agnoſcentes & credentes in  
 eum recipiuntur à Deo & ſanantur. Vt  
 autem mors ſummi ſacerdotis exulan-  
 tibus homicidis concedebat reditum  
 in patriam, ſic mors Chriſti reſtituit  
 nos in paradifum cœleſtem. Denicq;  
 Eccle-

DEDICATORIA.

Ecclesia semper in mundo exulat, nec sedem stabilem & domicilium certum habet, & tamen seruetur & regitur à Deo sine præsidij humanis.

Cum igitur videmus potentissimos reges orbis terrarum & maximam hominum multitudinem contemnere doctrinam per prophetas & apostolos traditam, & exiguum cœtum esse profitentium eam doctrinam, orbatum præsidij & conflictantem varijs ærumnis, illam imaginem Ecclesiæ in deserto intueamur, & non deficiamus à Deo, sed sciamus duci Ecclesiam nunc quoq; per desertum, & tegi nube & flammis cœlestibus, & adesse ducem Christum, sicut illis affuit. Prorsus eadem res geritur & geretur vsq; ad finem mundi, cum in æterna tabernacula & consuetudinem Dei introducetur Ecclesia.

Quare cum hic quartus liber Moyse complectatur non modo historiam mirandæ gubernationis populi Israël in deserto, sed etiam exempla iræ & gratiæ Dei, & dulcissimas imagines Christi & Ecclesiæ, accurata lectione dignissimus est. Vt autem adiuuarem legentes, contuli eum cum fontibus



## E P I S T O L A

Ebraicis, & ordinem rerum in argumentis & scholijs vtcunq; monstraui.

T V A M autem Celsitudinem, Illustrissime princeps, domine clementissime, potissimum delegi, cuius patrocinio hunc librum commendarem, quia scio Cel. T. sic statuere & iudicare, historiarum ac temporum seriem multa de providentia diuina, de pœnis impiorum, de Ecclesiæ forma, ærumnis & defensione monere, & harum rerum considerationem dignam esse claris in Repub. viris, dignam principibus, dignam regibus. Quare & propter res ipsas, quæ in hoc libro continentur, & propter autorem confido hanc dedicationem Cel. T. gratissimam fore, atq; vt sit animo subiectissimo peto.

O R O etiam filium Dei D O M I N V M nostrum I E S V M C H R I S T V M crucifixum pro nobis & resuscitatum ac regnantem, vt regat studia & totum vitæ cursum Cel. T. & faciat eam principem salutarem Ecclesiæ & patriæ. Bene valeat Cel. T. cui me reuerenter com-

DEDICATORIA.  
ter commendo. Lipsiæ Cal. Iulij. An-  
no CHRISTI 1566.

Cel. T.

subiectissimus

*Victorinus  
Strigelius.*

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

54 EAST LAUREL STREET

CHICAGO, ILL.

1911

UNIVERSITY OF CHICAGO

PRESS

ARGUMENTVM  
QVARTI LIBRI  
M O I S I.

**A** DECIMO nono capite Exodi vsq; ad  
decimum caput Numerorum recita-  
tur continua historia rerum gestarum ad  
montem Sinai. Commoratus est autem popu-  
lus Israël in solitudine ad montem Sinai in-  
tegrum fere annum, & tabernaculum cum  
omnibus vasis ad sacrificia necessarijs iuxta  
Dei prescriptum fabricauit. A capite de-  
cimo Numerorum vsq; ad caput decimum  
quartum exponitur historia secundi anni  
post exitum ex Aegypto. Postea sequitur  
historia triginta septem annorum recitata ca-  
pitibus 15. 16. 17. Quae enim à capite vicesi-  
mo eiusdem libri vsq; ad finem & in Deute-  
ronomio commemorantur, pertinent ad an-  
num quadragesimum, quo Aharon & Moy-  
ses mortui sunt, & Moysi Iosua successit.

Est autem tota historia eductionis ex  
Aegypto & defensionis in deserto considera-  
tione dignissima, primum quia ingentia mi-  
racula complectitur, deinde quia est imago  
Ecclesie omnium temporum, in quam intu-  
entes non deficiamus à Deo, sed sciamus Ec-  
clesiam

A R G V M E N T.

*eleſiam duci nunc quoq; per deſertum, & regi  
 nube & flammis cœleſtibus, & ad eſſe ducem  
 Chriſtum ſicut illis affuit. Proxus eadem  
 res geritur & geretur uſq; ad finem mun-  
 di, cum in æterna tabernacula & con-  
 ſuetudinem Dei intro-  
 ducetur Eccle-  
 ſia.*

DISPO-

DISPOSITIO GE-  
NERALIS LIBRI  
QUARTI MOYSI.

**I**N PRIMO capite describitur nu-  
meratio populi, quæ testatur pro-  
missiones Dei veras esse. Nam multi-  
tudo Israëlitarum congruit cum pro-  
missione Abrahamæ tradita, Semen tuum  
erit sicut arena in littore maris.

In secundo capite ordo castrorum  
populi Dei ante oculos proponitur.

In tertio discernuntur officia sacer-  
dotum & leuitarum.

In quarto ordinantur baiuli arcæ &  
vasorum tabernaculi.

In quinto lex zelotypiæ traditur,  
quæ de multis reb. lectorem admonet.

Sextum caput continet legem de Na-  
zaræis & formulam qua sacerdotes le-  
uitici vsi sunt pronunciantes populo  
benedictionem.

Septimum monet principes & ma-  
gistratus, vt sint benefici erga Ecclesiã.

Octauum describit ritum ordina-  
tionis ministrorum Ecclesiæ.

Capitis noni prior pars proponit  
exemplum dispensationis diuinæ de le-  
gibus



D I S P O S I T I O

gibus ceremonialibus. Altera commo-  
nefacit nos de miranda defensione Ec-  
clesiæ.

Caput decimum narrat Israëlitæ re-  
lictæ monte Sinai tridui iter in deserto  
confecisse.

Vndecimum exponit institutū Moy-  
si de collegio septuaginta seniorum, &  
duo exempla pœnarum, quibus popu-  
li impatientia & intemperantia puni-  
ta est.

In duodecimo describitur æmulatio  
Aharonis & Mariæ aduersus fratrem  
Moysen.

Sequentia duo capita narrant explo-  
ratores missos esse in terram Canaan,  
& eosdem præter Iosua & Caleb su-  
bita nece coram populo diuinitus in-  
terfectos esse.

Decimi quinti capitæ prima pars est  
appendix legis de oblatione & libatio-  
ne, Altera discernit gradus delictor-  
um, Tertia proponit exemplum pœ-  
næ violati Sabbati. Postrema tradit  
regulam gubernatricem opinionum de  
Deo, cultuum & morum.

Capite xvi. describitur horrenda  
pœna Core & aliorum seditiosorum.

In ca-

In capite xvii. extat narratio de virga Aharonis, quæ contra naturæ ordinem floruit & genuit amygdalas.

Caput xviii. concionatur de ministerio & victu sacerdotum & leuitarū.

Caput xix. est illustris pictura seu typus passionis Christi & ministerij Evangelici.

Caput xx. continet narrationem de morte Aharonis & de *ascogia* posteritatis Esau erga Israëlitas.

In cap. xxi. extat narratio de æneo serpente & de gloriosis victorijs aduersus regem Amoreorum Sihon & Og regem Basan.

Sequentia tria capita recitant historiam de Bileam, qui cum esset insignis doctor & propheta Mesopotamiæ horribiliter lapsus est.

Caput xxv. narrat populum scortatione & idolis nouas pœnas accersuisse.

In capite xxvi. describitur secunda populi numeratio, quæ dicit testimonium de veritate comminationum diuinarum. Nam omnes qui exierant ex Aegypto extincti sunt præter Iosuaam & Caleb.

Caput xxvii. narrat Iosua[m] successorem Moyfi antiquissimo ritu impositionis manuum ordinatam esse ad gubernationem populi Dei.

Duo capita quæ sequuntur continent leges ceremoniales de sacrificijs trium solennitatum paschatis, pentecostes & festi tabernaculorum.

Caput tricesimum est commonefactio de votis & iuramentis.

Caput xxxi. est insignis historia de incruenta victoria Israëliitarū & de maxima clade Midianitarū, inter quos etiam Bileā impietatis dux interfectus est.

In capite xxxii. regna Sihon & Og assignantur Rubenitis & Gaditis & dimidiæ tribui Manasse.

In cap. xxxiii. recensentur migrationes populi vagantis in deserto sine certa sede.

In capite sequenti constituuntur fines terræ promissæ, & diuisores terræ eliguntur.

Penultimum caput attribuit leuitis domicilia, & autoribus cædis fortuitæ asyla.

Postremum caput continet legem de distinctione dominiorum.

Hæc

Hæc summa est quarti libri, qui nomen accepit à populi numeratione.

## CAPVT I.

## Argumentum.

*MENSIS* secundi die prima post exitum ex *Agypto* anno secundo Dei iussu *Moses* & *Aharon* numerarunt populum in deserto, & reppererunt 603550. viros egressos annum ætatis vicesimum, non annumeratis leuitis, quorum erant viginti duo millia, quæ multitudo vniuersa in deserto extincta est propter inobedientiam & ingratiudinem, nec plures de tanta turba quam duo *Iosua* & *Caleb* in terram promissam introducti sunt. Et si autem consilia Dei omnia in gubernatione Ecclesie enarrari non possunt: tamen consentaneum est iussisse Deum numerari populum, ut veritatem sue promissionis demonstraret. Cum enim ad *Abraham* dixisset, Multiplicabo semen tuum tanquam stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris, nunc ipso factò ostendit sue promissionis veritatem, quia sexcenta tria millia quingenti quinquaginta viri numerati sunt bello idonei, utraq; semota ætate tam immatura, quam



*prouectiore, similiter & genere fœmineo atq;  
Leuitica tribu, quæ non est ceteris annuncie-  
rata. Voluit etiam Deus conspici suam po-  
tentiam & libertatem, quæ non est alligatus  
causis secundis, quia tantam multitudinem in  
sterili & deserto loco annos totos quadragin-  
ta pavit & mirabiliter protexit.*

## T E X T V S.

**L**ocutusq; est D O M I N V S ad Mo-  
sen in deserto Sinai, in tabernacu-  
lo testimonij primo die mensis secundi,  
anno altero post ex-  
itum ex Aegypto di-  
cens, Tollite summam vniuersæ multi-  
tudinis filiorum Israël iuxta cognatio-  
nes suas, & iuxta domum patrum suo-  
rum & nomina sin-  
gularum, omnes sci-  
licet masculos iuxta  
capita sua, à vicesi-  
mo anno & supra,  
quicumq; arma fer-  
re possunt in Isra-  
el. Hos numerabitis  
per exercitus suos tu  
& Aharon, & adiun-

*κρονολογία.*

Cum ageretur  
de numero vniuersæ  
multitudinis ad v-  
nam tribum perti-  
nentis, discernen-  
dus erat sexus. Ideo  
positum est omnia  
masculina. Et ne  
paruuli etiam com-  
putarentur, adiun-  
ctum est, a viginti  
annis & supra. Rur-  
getis

getis vobis ex singulis familijs vnum capitaneū familiae patrum suorum.

Hæc autem sunt nomina virorū qui vobis adiuncti erūt, De Ruben EliZur filius Zedeur. De Simeon Selumiel filius Zuri Sadai. De Iuda Nahasson filius Añinadab, De Isa-

fchar Nathaneël filius Zuar, De Zebulon Eliab filius Helon, De filijs Ioseph, De Ephraim Elifama filius Ammihud, De Manasse Gamliël filius Pedazur, De Benjamin Abidan filius Gedeoni. De Dan Ahiëser filius AmmSadai, De Affer Pagiël filius Ochran. De Gad Eliafaph filius Deguel, De Naphthali Ahira filius Enan.

Hi sunt principes multitudinis, capitanei tribuum patrum suorum, qui erant capita & principes in Israël. Et Moses atq; Aharon adiunxerunt sibi hos viros, quorum nomina hîc recitata sunt. Congregarunt etiam vniuersam

sus ne imbellis ætas senectutis annumeraretur, additū est, Omnis qui procedit in virtute. August. in quæstionib. super Numeros.

Principes duodecim tribuum Israel, qui propter libidines suspensi sunt, vt infra cap. 25. scribitur. Qui igitur stat, videat ne cadat.



multitudinem primo die mensis secundi, & recensuerunt eos iuxta tempus natiuitatis suæ, iuxta familias suas, & domos patrum atq; nomina, à vicesimo anno & supra per capita sua, sicut præceperat **D O M I N V S** Mosi, & numerarunt eos in deserto Sinai.

Numerati sunt autem filij Ruben primogeniti Israël secundum generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina per capita sua omnes masculi à vicesimo anno & supra, & qui arma ferre poterant, quadraginta sex millia & quingenti.

Filij Simeon secundum generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina per capita sua omnes masculi à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt quinquaginta nouem millia & trecenti.

Filij Gad secundum generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina à vicesimo anno & supra qui arma ferre poterant, numerati sunt quadraginta quinque millia, sexcenti, quinquaginta.

Ruben.

Simeon.

Gad.

Filij

Filij Iuda secundū generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt septuaginta quatuor millia & sexcenti.

Iuda.

Filij Isaschar secundum generationes suas, familias, patrum suorum domos, & nomina à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt quinquaginta quatuor millia, & quadringenti.

Isaschar.

Filij Sebulon secundum generationes suas, familias, patrum suorum domos, & nomina à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt quinquaginta septem millia & quadringenti.

Sebulon.

Filij Ioseph de Ephraim secundū generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt quadraginta millia & quingenti.

Ephraim.

Filij Manasse secundum

Manasse.

cundum generationes suas, familias, patrum suorum domos & nomina, à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant, numerati sunt triginta duo millia & ducenti.

Filij Benjamin se- Benjamin.  
cundum generatio-  
nes suas, familias, patrum suorum do-  
mos & nomina à vicesimo anno & su-  
pra, qui arma ferre poterant, numera-  
ti sunt triginta quinq; millia & qua-  
dringenti.

Filij Dan secundū Dan.  
generationes suas,  
familias, patrum suorum domos &  
nomina, à vicesimo anno & supra, qui  
arma ferre poterant, numerati sunt  
sexaginta duo millia & septingenti.

Filij Affer secun- Affer.  
dū generationes su-  
as, familias, patrum suorum domos &  
nomina à vicesimo anno & supra, qui  
arma ferre poterant, numerati sunt  
quadraginta millia, mille & quingenti.

Filij Naphthali se- Naphthali.  
cundum generatio-  
nes suas, familias, patrum suorum do-  
mos & nomina à vicesimo anno & su-  
pra,

pra, qui arma ferre poterant, numerati sunt quinquaginta tria millia & quadringenti.

Hi sunt quos numerarunt Moses & Aharon & principes

Summa filiorum  
Israël.

Israël duodecim, quorum singuli præerant vni domui patrum suorum. Et summa filiorum Israël secundum domos patrum suorum à vicesimo anno & supra, qui arma ferre poterant in Israël, erāt sexcenta millia & tria millia, quingenti & quinquaginta. Leuitæ vero iuxta tribus patrum suorum non sunt his annumerati.

Et DOMINVS locutus est ad Mosen

Tribus Leui.

dicens, Tribum Leui non numerabis, nec summam eorum colliges inter filios Israël, sed ordinabis eos ad tabernaculum testimonij, & ad omnia vasa eius, & quicquid ad tabernaculum pertinet. Ipsi gestabunt tabernaculum & omnia vasa, & seruient ei, & in circuitu tabernaculi castra ponent. Ac quoties migrandum est, loco mouebunt tabernaculum leuitæ. Cum autem castra locanda erunt, figent ipsum leuitæ, & si alienus accesserit morietur. Filij Israël

commorabuntur singuli in castris suis, & sub vexillo exercitus sui. Leuitæ vero castra ponent in circuitu tabernaculi testimonij, ne ira opprimat multitudinem filiorum Israël. Ideo leuitæ erunt in excubijs ad tabernaculum testimonij. Et fecerunt filij Israël omnia, sicut D O M I N V S Mofi præceperat.

## C A P V T II.

Argumentum.

*FIERI non potest, ut in tanta hominum turba conseruetur pax & tranquillitas, nisi suis cuiq; locus Geometrica proportione assignetur. Quare mandato Dei castra accurate distribuuntur, ut discamus Deo placere politicas constitutiones, quæ ad ordinem & decorum pertinent.*

T E X T V S.

**L**Ocutusq; est D O M I N V S ad Mosen & Aharon dicens: Filij Israël castra ponent è regione & in circuitu tabernaculi testimonij, vnusquisq; sub vexillo & signo suo secundum domos patrum suorum.

Versus



Versus ortum ca-                      Ortus.

stra locabit Iuda cū  
suo vexillo & exercitu, princeps eo-  
rum Nahasson filius Amminadab, &  
exercitus continens summam septua-  
ginta quatuor millium & sexcentorum.  
Iuxta hunc castra locabunt tribus Isa-  
schar, princeps eorum Nathanaël fili-  
us Zuar, & exercitus eius continens  
summam quinquaginta quatuor milli-  
um & quadringentorum. Præterea  
tribus Sebulon, princeps eorum Eliab  
filius Helon, cuius exercitus continet  
summam quinquaginta septem milli-  
um & quadringentorum, ita vt omnes  
qui pertinent ad castra Iuda efficiant  
summam centum octoginta sex milli-  
um & quadringentorum, & primos  
ordines ducant.

Versus meridiem                      Meridies.

castra locabit vexil-  
lum Ruben cum exercitu suo, princeps  
eorum Elizur filius Sedeur, & exerci-  
tus eius continens summam quadra-  
ginta sex millium quingentorum. Iuxta  
ipsum castra metabitur tribus Simeon,  
princeps eorum Selumiel filius Zuri  
Sadai, & exercitus eius continens sum-  
mam



mam quinquaginta nouem milliū trecentorum. Præterea tribus Gad, princeps eorum Eliafaph filius Reguël. Exercitus eius continens summam quadraginta quinque millium sexcentorum quinquaginta, ita vt omnes pertinentes ad castra Ruben sint centum quinquaginta millia, mille, quadringenti & quinquaginta, & secundo loco proficiscentur.

Tabernaculum vero testimonij proficiscetur cum castris leuitarum in medio castrorum, & sicut in castris commorantur ita proficiscentur, vnusquisque suo loco sub vexillo suo.

Versus occasum                      Occasus.  
castra locabit vexillum Ephraim cum exercitu suo. Princeps eorum Elisama filius Ammihud, cuius exercitus cõtineat summam quadraginta millium & quingentorum. Iuxta ipsum castra locabit Manasse. Princeps eorum Gamliël filius Pedazur, & exercitus eius continens summam triginta duorum millium & ducentorum. Præterea tribus Benjamin. Princeps eorū Abidan filius Gideoni, exercitus eius continens summam tri-  
ginta

ginta quinque millium & quadringentorum, ut omnes pertinentes ad castra Ephraim efficiant summam centum octo millium & centum, & tertio loco proficiscentur.

Versus occasum            Septentrio.

castra metabitur vexillum Dan cum exercitu suo. Princeps eorum Ahiëser filius Ammisadaï. Exercitus eius continens summam sexaginta duorum millium & septingentorum. Iuxta ipsum castra locabitur tribus Affer. Princeps eorum Pagiël filius Ochran. Exercitus eius continens summam quadraginta millium, mille & quingentorum. Præterea tribus Naphthali. Princeps eorum Ahira filius Enan, exercitus eius continens summam quinquaginta trium millium & quadringentorum, ita ut omnes pertinentes ad castra Dan efficiant summam centum quinquaginta septem millium & sexcentorum. Et postremo loco proficiscentur cum suo vexillo.

Hæc est summa filiorum Israël secundum domos patrum suorum & castra unam cum exercitibus suis, Sexcenta millia & tria millia, quingenti & quinquagin-

quaginta. Leuitę vero nõ computabantur in summam filiorum Israël , sicut præceperat DOMINVS Mofi. Et filij Israël fecerunt omnia , sicut præceperat DOMINVS Mofi , & castra locabant sub vexillis suis , & proficiscebantur vnusquisq; in familia sua iuxta domos patrum suorum.

## CAPVT III.

### Argumentum.

*DISTINCTA* erant officia leuitarum & sacerdotum. Nam leuita ceu laniy mactabant pecudes & preparabant hostias. Sacerdotes autem offerebant. Prætereunt autem miserum spoliatum & sauciatum à latronibus sacerdos, id est, doctor legis, & leuita, id est, mactator pecudum. Hi non possunt opem ferre morienti, quia legis opera non tollunt iram Dei, nec recuperant iusticiam & vitam æternam, nec sacrificijs & mactatione pecudum placari ira Dei potest. Sed Samaritanus, id est, custos Ecclesie sue filius Dei afficitur misericordia calamitatis nostre, & sanat vulnera nostra merito & efficacia. Hec imago pingit & miseras nostras & sanationem.

TEX-

## T E X T V S.

**H**AE vero sunt generationes Aharon & Moſis eo tempore, quo locutus eſt **DOMINVS** cum Moſe in monte Sinai. Et hæc ſunt nomina filiorum Aharon, primogenitus Nadab, Abihu, Eleazar & Ithamar. Hæc ſunt nomina filiorum Aharon, qui vncti erant & quorum manus impletæ erant, vt ſacerdotio fungerentur. Sed mortui ſunt Nadab & Abihu coram **DOMINO**, cum offerrent ignem alienum coram **DOMINO** in deſerto Sinai, nec habuerunt filios. Eleazar autem & Ithamar fungebantur ſacerdotio, cui præerat Aharon pater ipſorum.

Et locutus eſt **DOMINVS** ad Moſen dicens, Adducito tribum Levi & ſiſtito eos coram Aharone ſacerdote, vt ſeruiant ei, & ſint in excubijs pro ipſo & tota multitudine ante tabernaculum teſtimonij, & operam officij præſtent tabernaculo, & cuſtodiant omnia vaſa tabernaculi teſtimonij, & ſint cuſtodes filiorum Iſraël, & exequantur miniſterium tabernaculi. Et leuitas adiunges Aharoni & filijs eius tanquam in manus co-



nus eorum traditas à filijs Israëli. Aha-  
ron autem & filios  
eius præficies sacer-  
dotio, & alienus qui  
acceserit interficie-  
tur.

Ebr. 5. Nemo su-  
mat sibi honorem,  
sed qui vocatur a  
Deo tanquam Aha-  
ron.

Locutusq; est D O M I N V S ad Mosen  
dicens, Ecce ego tuli leuitas de medio  
filiorum Israëli pro omnibus primoge-  
nitis, quæ aperiunt matricem inter fili-  
os Israëli, vt leuitæ sint mei. Nam om-  
nia primogenita mea sunt inde vsq; ab  
eo tempore, quo percussi omnia pri-  
mogenita Aegypti. Tunc enim sancti-  
ficauit mihi omnia primogenita in Isra-  
el ab homine vsq; ad pecus, vt sint mea,  
Ego D O M I N V S.

Et locutus est D O M I N V S cum Mo-  
se in deserto Sinai dicens, Numera fili-  
os Leui secundum domos patrum suo-  
rum & familias, quicquid est masculum  
à mense & supra. Numerauit itaq; eos  
Moses iuxta verbum D O M I N I, sicut  
præceperat. Fueruntq; hi filij Leui sic  
appellati, Gerson, Kahath, Merari. No-  
mina vero filiorum Gerson in familia  
sua, Libni & Simei. Filij Kahath in fa-  
milia sua erant Amram, Iezehar, He-  
bron &

bron & Vziël. Filij Merari in familia sua erant Maheli & Muzi. Hæ sunt familiae Leui secundum domos patrum suorum.

Hæ sunt familiae I. Gersonitæ.

Gerson, Libnita & Simeitæ, quorum summa reperta est septem millia & quingenti, omnes masculi à mense & supra. Et hæc familia Gersonitarum castra locabunt post tabernaculum versus occasum. Princeps eorum sit Eliafaph filius Laël. Erunt autem custodes tabernaculi testimonij, videlicet habitaculi & tabernaculi, & tegumentorum eius, & veli quod prætextum est ostio tabernaculi testimonij, cortinarum atrij, & veli quo tegitur introitus atrij, quod ambitu suo cingit habitaculum & altare, & funium eius, qui pertinent ad ministerium eius.

Hæ sunt familiae II. Kahathitæ.

Kahath, Amramitæ, Iezeharitæ, Hebronitæ & Vziëlitæ, omnes masculi à mense & supra, quorum erant octo millia & sexcenti, qui erant in excubijs pro sanctuario. Et castra ponent in latere tabernaculi versus meridiem. Princeps eorum sit Eliza-  
C phan



phan filius Vziël. Et erunt custodes arcæ, mensæ, candelabri, altaris, & omnium vasorum sanctuarij, cui seruiunt, & veli & omnium pertinentium ad ministerium. Sed princeps omnium principum leuiticorū sit Eleazar filius Aharonis sacerdotis. Is prærit omnibus quibus custodia sanctuarij assignata est.

Hæ sunt familiæ / III. Meraritæ. Merari, Mahelitæ & Musitæ, quorum erant sex millia & ducenti, omnes masculi à mense & supra. Princeps eorum sit Zuriël filius Abihail, & castra ponent in latere tabernaculi versus septentrionem, & ad officium custodiæ ipsorum pertinebunt tabulæ & vectes & columnæ & bases habitaculi, & quicquid est vasorum seruientium ei. Præterea columnæ atrij per circuitum vnâ cum basibus & clauis & funibus earum.

Porro ante habitaculum & ante tabernaculum testimonij versus Orientem castra metabuntur Moses & Aharon & filij eius, vt sint in excubijs pro sanctuario & pro filiis Israël. Et alienus Alienus, qui non est de tribu Levi. qui ac-

qui accesserit interficietur. Tota autem summa leuitarum, quos recensuerunt Moses & Aha-  
Summa leuitarum.  
 ron secundum familias ipsorum iussu DOMINI, omnes masculi à mense & supra, erant viginti duo millia.

Et DOMINVS dixit ad Mosen, Numerata omne primogenitum masculum inter filios Israël à mense & supra, & collige numerum nominum eorum, & segraga mihi leuitas, ego enim sum DOMINVS, pro omni primogenito filiorum Israël, & pecora leuitarum pro omni primogenito in pecoribus filiorum Israël. Numeravit itaq; Moses, sicut præceperat ipsi DOMINVS, omnia primogenita inter filios Israël, & repertus est numerus nominum primogenitorum masculorum à mense & supra, qui efficiebat summam viginti duorum millium, ducentorum septuaginta trium.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Tolle leuitas pro omnibus primogenitis inter filios Israël, & pecora leuitarum pro pecoribus eorum, vt sint leuitæ mei, Ego DOMINVS. Pro  
C 2
redimen-

redimendis vero ducentis septuaginta tribus primogenitis filiorum Israël, qui superant numerum leuitarum, accipies quinque siclos pro quolibet capite iuxta siclum sanctuarij ( Siclus autem valet viginti Gera ) & pecuniam illam qua redimuntur superantes numerum leuitarum, dabis Aharoni & filijs eius. Tulit itaq; Moses pecuniam qua redimebantur primogeniti superantes numerum leuitarum, mille trecentos sexaginta quinque siclos, iuxta siclum sanctuarij, & tradidit Aharoni & filijs eius secundum verbum DOMINI, sicut Moysi DOMINVS præceperat.

### CAPVT IIII.

#### Argumentum.

*SÆPE laudatur Iusticia distributiua, que suum cuiq; locum tribuit seruata conuenientia personarum & officiorum. Huius virtutis illustre exemplum in hoc capite propositum est. Non enim omnes leuite erant baiuli, sed hi tantum qui vires habebant integras ad gestationem onerum. Qui enim non attigerant tricesimum atatis annum aut egressi*

egressi erant quinquagesimum, non iudicabantur idonei ad onera gestanda. Sic in qualibet congregatione nemo supra vires oneretur, sed robustioribus plura, imbecillioribus pauciora onera imponantur, & unusquisque officium proprium faciat, & alios non impediat, & suas operas accommodet ad conservationem uniuersae societatis.

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen & Aharon dicens, Tolle sum-  
mam filiorum Kahath de medio filio-  
rum Leui secundum familias & domos  
patrum suorum à tricesimo anno & su-  
pra vsq; ad annum quinquagesimum,  
quicumq; arma ferre possunt, vt faci-  
ant operas in tabernaculo testimonij.  
Hoc autem erit officium filiorum Ka-  
hath in tabernaculo testimonij, quod  
est sacratissimum.

Quoties castra I. Officium A-  
transferuntur, veni- haronis & filiorum  
ent Aharon & filij eius.  
eius, & deponent velum, eoq; inuol-  
uent arcam fœderis, eandemq; operi-  
ent pellibus melium, & supra expan-  
dent



dent tegumentum ex omni parte flauum, & huic apponent vectes. Et supra mensam facierum expandent tegumentum flauum, & huic adiungent patinas, cochlearia, phialas & cantharos libationis, & panes semper in ea erunt, & supra expandent coccineum tegumentum, quod rursus operient pellibus melium, & vectes apponent.

Tollent etiam tegumentum flauum, & eo inuoluent candelabrum luminaris, & lucernas eius vnà cum forcipibus & emunctorijs & cunctis vasis olei, quæ ad ministerium pertinent, & his omnibus circundabunt pelles melium, & vectibus imponent. Eodem modo super aureum altare expandent tegumentum flauum, idq; operient pellibus melium, eiq; adiungent vectes suos. Omnia vasa, quæ seruiunt sanctuario, accipient, & flauo tegumento operient, & pellibus melium tegent, & vectibus imponent. Super altare quoq; à cineribus repurgatum expandent purpureum tegumentum, & omnia vasa adiungent, quibus operas faciunt, videlicet ignium receptacula, fuscinulas, palas, pelues, cum omnibus vasis altaris, &

ris, & supra hæc expandent pelles me-  
 llium, & apponent veſtes eius.

Postquam igitur

Aharon & filij eius II. Officia Ka-  
 hathitarum.

hæc omnia executi sunt, & texerunt sanctuarium vnà cum omnib. vasis eius, quoties castra transferuntur, filij Kahath ingredientur, vt ea gestent, nec attingent sanctuarium, ne moriantur. Hæc sunt onera filiorum Kahath in tabernaculo testimonij.

Et Eleazar filius A- III. Eleazari  
 officium.  
 haron hoc officio

fungetur, vt ordinet oleum luminaris, & species aromaticas ad incensum & iuge sacrificium oblationis, & oleum vnctionis, & vt curet totum tabernaculum, & quicquid inest in sanctuario & vasa eius.

Et locutus est DOMINVS ad Mo-  
 sen & Aharon dicens, Tribum familiae Kahathitarum non sinetis perire inter leuitas, sed hæc præstabitis eis, vt viuant & non moriantur, si contrectarent sanctum sanctorum. Aharon & filij eius ingredientur, & vniciq; assignabunt suum officium & onus. Ipsi vero non ingredientur vt spectent san-



Etuarium non opertum, nemoriantur.

Et locutus est Do  
 MINVS ad Mosen IIII. Officium  
Gersonitarum.  
 dicens, Tolle etiam  
 summam filiorum Gerson, secundum  
 familias & domos patrum suorum à  
 tricesimo anno & supra, vsq; ad quin-  
 quagesimum, & ordina eos quicunq;  
 bello idonei sunt, vt munere fungan-  
 tur in tabernaculo testimonij. Hoc au-  
 tem erit officium familiæ Gersonita-  
 rum, vt seruiant & sint gestatores. Nam  
 cortinas habitaculi & tabernaculi te-  
 stimonij gestabunt, & tegumenta eius,  
 & operimentum ex pellibus melium,  
 quod supremum est, & velum præten-  
 sum ostio tabernaculi testimonij. Cor-  
 tinas quoq; atrij & velum, quod est in  
 vestibulo portæ atrij, quod habitacu-  
 lum & altare ambit, & funes earum &  
 omnia vasa huic ministerio destinata,  
 & quicquid ad officium ipsorum perti-  
 net. Iuxta verbum Aharon & filiorum  
 eius omne officium filiorum Gerson  
 administrabitur, siue gestent siue alias  
 partes officij exequantur, & vos inten-  
 ti eritis in omnia onera ipsorum. Hoc  
 sit officium familiæ filiorum Gerson in  
 taber-

tabernaculo testimonij, & custodia ip-  
 forum subiecta erit Ithamar filio Aha-  
 ronis.

Filios quoq; Me- V. Officium Me-  
 rari secundum fami- raritarum.  
 lias & domos patrum suorum numera-  
 bis à tricesimo anno & supra vsq; ad  
 quinquagesimum, quicumq; arma ferre  
 possunt, vt munere fungantur in taber-  
 naculo testimonij. Hæc autem onera  
 curabunt pro ratione officij sui in ta-  
 bernaculo testimonij, vt gestent tabu-  
 las habitaculi, & vectes & columnas &  
 bases. Præterea columnas atrij in am-  
 bitu, & bases & clauos & funes cum  
 omnibus eorum vasis pro ratione offi-  
 cij sui. Vnicuiq; ratam partem oneris  
 vasorum assignabitis. Hoc sit officium  
 familiæ filiorum Merari, quod sustine-  
 bunt & exequentur in tabernaculo te-  
 stimonij sub manu Ithamar sacerdotis  
 filij Aharon.

Et Moses atq; A- i. Summa Kaha-  
 haron vnâ cum ca- thitarum.  
 pitaneis multitudinis numerarunt fili-  
 os Kahath secundum familias & do-  
 mos patrum suorum à tricesimo anno  
 & supra vsq; ad quinquagesimum, qui-  
 cunq;

cunq; bello idonei erant, vt fungerentur aliquo munere in tabernaculo testimonij, & summa erat duo millia septingenti quinquaginta. Hæc est summa familiæ Kahathitarum, qui omnes partem laborum sustinebant in tabernaculo testimonij, quos numerauerunt Moses & Aharon iuxta verbum DOMINI.

Filij quoq; Gerson numerabantur I I. Summa Gersonitarum.

secundum familias & domos patrum suorum à tricesimo anno & supra vsq; ad quinquagesimum, quicunq; bello idonei erant, vt fungerentur munere in tabernaculo testimonij, & summa erat duo millia sexcenti triginta. Hæc summa est familiæ filiorum Gerson, qui omnes partem laborum sustinebant in tabernaculo testimonij, quos numerarunt Moses & Aharon iuxta verbum DOMINI.

Filij quoq; Merari numerabantur se- I I I. Summa Meraritarum.

cundum familias & domos patrū suorum à tricesimo anno & supra vsq; ad quinquagesimum, quicunq; bello idonei erant, vt fungerentur munere in tabernacu-

naculo testimonij, & summa erat tria millia & ducenti. Hęc est summa familię filiorum Merari, quos Moses & Aharon numerauerunt iuxta verbũ DOMINI.

Summa omnium leuitarum, quos Moses & Aharon nu-

Summa omnium leuitarum.

merauerunt vnà cum capitaneis Israël secundum familias & domos patrum suorum à tricesimo anno & supra vsq; ad quinquagesimum, omnes qui ingrediebantur ad exequendum officium suum quosc; loco, ad gestanda onera tabernaculi testimonij, continebat octo millia quingentos octoginta, qui numerabantur iuxta verbum DOMINI per Moſen, vnusquisq; ad suum officium & onus, sicut præceperat DOMINVS Moſi.

## C A P V T V.

Argumentum.

*LEX Zelotypiæ de multis magnis rebus nos admonet. Primum enim docet Deum esse amantem castitatis in vita cœlibe & coniugali. Deinde testatur nullam creaturam esse, quæ non manifesta sit in conspectu illi.*



*Et tu illius, sed omnia nuda esse & aperta oculis eius, ut Ebraeos 4. scribitur. Tercio monet ne simus suspicaces, nec amantes calumniarum, sed Deo iudici cogitationum & intentionum cordis arcana commendemus. Postremo proponit hæc lex exemplum dicti, quod in libro sapientie extat, Per quæ quis peccat, per eadem punitur. Punit enim Deus plerumq; abusum seminis in ijs partibus, quæ seruiunt generationi, aut in posteritate.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Præcipe filijs Israël vt  
remoueant à castris omnes leprosos,  
& omnes fluxu aliquo laborantes, &  
qui propter mortuos immundi sunt,  
tam viros quàm fœ-  
minas, ne castra sua  
contaminent, in qui-  
bus ego inter ipsos  
habito. Et fecerunt filij Israël ita, & re-  
mouerunt eos à castris sicut præcepe-  
rat DOMINVS Mosi.

*Castra Ecclesie  
non sunt contami-  
nanda.*

Et locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad filios Israël & dic  
cis: Si vir aut mulier fecerit peccatum  
contra



contra hominem, & hoc modo D O M I N V M offenderit, anima illa peccati rea est. Confitebuntur ergo peccatum suū quod fecerunt, & compensabunt delictū restitutione sortis addita insuper quinta parte, eiq; reddent contra quē deliquerunt. Si autem nemo fuerit, cui possit reddi compensatio, reddatur D o-

Hæc lex de civili satisfactione supra Leuitic. 5. tradita est.

Chrysostomus enarrans caput 12. epistolæ ad Ebræos: Coram Deo peccata tua confitere, Apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientie tuæ memoria, & tunc demum spera te misericordiam posse consequi.

M I N O coram sacerdote præter arietem propitiationis, quo placatio facienda est. Omnis quoq; leuatio de omnibus quæ filij Israëli sanctificant, erit sacerdotis, Et quicquid sanctificatur à quocunq; ipsius erit, & quicquid homo dederit sacerdoti ipsius erit.

Et locutus est D O M I N V S ad Mo- sen dicens, Loquere ad filios Israëli & dic eis, Si vxor alicuius viri errauerit & maritum offenderit, & alius cum ea carnali copula iunctus fuerit, sic tamen  
vt ab-

vt abscondatur ab oculis mariti & tegatur immundities eius, nec potuerit eam testibus conuincere, cum non sit in ipso facto deprehensa, & spiritus zelotypiæ inflammauerit eum, vt ardeat zelo propter vxorem suam, siue munda sit siue immunda, adducat illam ad sacerdotem simul afferens sacrificium pro ea, videlicet decimam partem Ephraim farinae hordeaceæ, nec eam perfundet oleo, nec thus ei imponet, quia est oblatio zelotypiæ & oblatio inquisitionis exquirens iniquitatem.

Adducet itaque illam sacerdos, & sistet eam coram DOMINO, & sumet aquam sanctam in vase fictili & puluerem qui est in pavimento tabernaculi, & sistet foeminam coram DOMINO, & caput eius nudabit, & oblationem inquisitionis, quæ est oblatio zelotypiæ, manibus eius imponet, & sacerdos manu sua tenebit aquas amaras maledictas, & adiurabit mulierem hoc modo compellans eam. Si nullus vir tecum dormiuit, nec declinasti ad immunditiam à viro tuo, non nocebunt tibi hæ aquæ amara maledictæ.

Sin autem à marito tuo declinasti &  
immun-

immunda es, & aliquis tecum dormiuit excepto marito tuo, sacerdos adiurabit mulierem tali execratione & dicet ad eam, Det te D O M I N V S in execrationem & detestationem in populo tuo, & perficiat vt femur tuum tabescat, & venter tuus intumescat. Penetret ergo aqua maledicta in corpus tuum, vt venter tuus intumescat & femur tuum tabescat, & mulier dicat, Amen, Amen.

Inscribet ergo sacerdos has maledictiones chartæ, & aqua amara abluat eam, & potabit mulierem aquis istis amaris maledictis. Postquam autem penetrauit in eam aqua amara maledicta, tollet sacerdos de manu eius oblationem zelotypiæ, & ventilabit oblationem illam coram D O M I N O, eamque in altari offeret, Tollet enim pugillum plenum de oblatione vt sit oblatio inquisitionis & in altari inflammabit, & postea aquis potabit mulierem, cumque biberit aquam, & fuerit immunda & maritum offenderit, penetrabit in eam aqua maledicta & amara, & intumescet venter eius, & femur tabescet, & erit hæc mulier

lier formula execrationis in populo suo. Si autem mulier non fuerit polluta, sed munda, non nocebit ei, & erit fœcunda.

Hæc est lex zelotypiæ, quando mulier declinauit à viro suo & polluta est, aut si maritum inflammauerit spiritus zelotypiæ, vt zelo ardeat propter vxorem suam, vt sistat eam coram DOMINO, & faciat ei sacerdos omnia iuxta hanc legem. Ac maritus quidem innocens erit, mulier vero portabit iniquitatem suam.

## CAPVT VI.

### Argumentum.

*Dvæ sunt huius capituli partes, una lex de Nazareis, altera formula benedictionis pronuntiatae populo voce sacerdotum leuiticorum. Primum autem lex de Nazareis ad Christum accommodetur, qui Matih. 2. Nazareus, id est, votiuus appellatur. Est enim Christus verus Nazareus, qui singulare & summum votum fecit Deo, & summam obedientiam prestitit. Deinde transferatur allegoria huius legis ad singulos pios, qui in*



qui in hac vita non querunt voluptates & earum instrumenta, sed corpus suum duriter tundunt & in seruitutem redigunt, ne reprobi efficiantur, hoc est, reprimunt errantes animorum impetus, ambitionem, emulationem, iracundiam, flammam libidinum, auaritiam & alias prauas appetitiones, & se ad eam vitam preparant, que est sola vita nominanda.

*ALTERA* pars continet formulam, qua vsi sunt sacerdotes leuitici pronunciantes populo Israël benedictionem diuinam. Erit autem hæc formula illustrior considerato ordine symboli. Ut enim in symbolo primus articulus complectitur doctrinam de creatione: sic prima particula benedictionis intelligatur de bonis corpori necessarijs, cuiusmodi sunt victus, pax, defensio, bona valetudo, successus in rebus gerendis, liberorum educatio, mediocris tranquillitas, hospitia, politia honesta. Petit igitur sacerdos ut Deus hæc bona Ecclesie sue tribuat, eaq; potenti manu sua conseruet in œconomia & politia. Deinde ut secundus articulus symboli nos docet de redemptione: sic altera particula referatur ad benedictionem coelestem & spiritualem, id est, ad liberationem per Christum factam, à peccato, morte, lege damnante, à tyrannide



*nide Diaboli, & ad restitutionem iusticie & vite eterne, que credentibus gratis donatur propter Christum, non propter legem. Postremo vt tertius articulus symboli de sanctificatione loquitur sic extrema particula haud dubie digitum intendit ad gubernationem, auxilium & consolationem Spiritus sancti in arumnis. Sed hec suo loco vberius enarrari solent.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad filios Israël  
& dic eis, Si vir aut mulier singulare  
votum fecerit DOMINO de abstinen-  
tia, is à vino & ficera abstinebit, nec  
bibet acetum vini, vel acetum ficerae  
vel liquorem ex vuis expressum, nec  
vvas recentes aut ficas comedet toto  
tempore quo durat ipsius votum, De-  
niq; nihil comedet quod fieri potest ex  
vite, nec acinos nec folliculos.

Omnibus quoq; diebus, quibus vo-  
to obligatus est nouacula non admo-  
nebitur capiti eius, donec finiatur tem-  
pus, quod DOMINO vouit. Est enim  
sanctus, & crescere sinet capillos capi-  
tis sui. Toto tempore, quo est votiuus.

DOMI-

DOMINI, non accedet ad vllum mortuum, nec contaminabit se morte patris sui, aut matris suæ, aut fratris sui, aut sororis suæ. Nam votum Dei sui est in capite ipsius, & toto tempore voti sui erit sanctus DOMINO.

Quod si quispiam subito præter opinionem coram eo mortuus fuerit, caput voti sui contaminabitur. Ideo curabit radi caput die purificationis suæ, hoc est, die septimo. Et octauo die duos turtures aut duos pullos columbæ afferet ad sacerdotem ante ostium tabernaculi testimonij, & sacerdos faciet ex altero hostiam pro peccato, ex altero holocaustum, & expiabit ipsum, quia contagione cadaueris læsus est, & eo die sanctificabit caput ipsius, vt tempus voti sui obseruet. Et afferet agnum anniculum pro delicto. Sed priores dies irriti erunt, quia votum ipsius contaminatum est.

Hæc est lex votiui. Finito tempore voti, adducetur ad ostium tabernaculi testimonij, & ipse afferet sacrificium suum DOMINO, agnum anniculum integrum vt sit holocaustum, & ouem anniculam integram pro peccato, &

arietem integrum vt sit hostia pacifica, & calathum refertum placentis infermentatis, quæ factæ sint ex simila & oleo permixtæ, & laganis infermentatis oleo perspersis cum oblatione & libatione.

Hæc afferet sacerdos ad DOMINUM, & faciet hostiam pro peccato & holocaustum eius. Et ex ariete faciet hostiam pacificam DOMINO vnâ cum calatho referto panibus infermentatis, & faciet oblationem & libationem eius, Et raderet caput votiui ante ostium tabernaculi testimonij, & capillos capitis votiuos tollet atq; in ignem conijciet, qui hostiæ pacificæ subiectus est. Et tollet armum coctum arietis, & vnâ placentam infermentatam ex calatho, & vnum laganum infermentatum, eaq; manibus votiui imponet, postquam abrasit votum suum, & coram DOMINO ventilabit. Hæc sunt sancta sacerdotis vnâ cum pectore ventilato & armo leuato. Postea poterit votiuius bibere vinum. Hæc est lex votiui, qui sacrificium suum DOMINO vouit propter votum suum exceptis his, quæ insuper addit pro modo facta-  
cultra-

cultatum, Sicut se voto obligavit, ita faciet secundum legem voti sui.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Loquere ad Aharon & ad filios eius & dic eis, Hac forma verborum benedicetis filiis Israël.

Formula benedictionis quam sacerdotes populo pronunciarunt.

B E N E D I C A T  
T I B I D O M I N V S  
& custodiat te.

I.

I L L V M I N E T D O  
M I N V S faciem suam super te & mereatur tui.

I I.

Mysterium Trinitatis.

L E V E T D O M I N V S faciem suam super te & det tibi pacem.

I I I.

Et ponetis nomen meum super filios Israël, vt ego benedicam eis.

## C A P V T V I I.

Argumentum.

*E T S I tyranni & alij prophani homines vociferantur, adhortationes de beneficentia erga ministerium Euangelij esse aucupia auaritia, & similes esse has conciones luporum*

D 3

concio-

concionibus, quas habere finguntur ad anseres: tamen nos voluntatem Dei intueamur, & sciamus eum seuerissime precipere conseruationem ministerij Euangelici. Semper etiam Deus aliquorum hominum pectora ad hanc beneficentiam flectit, sicut hoc loco duodecim principes conferunt sua munera ad dedicationem altaris. Hoc exemplo moueantur pij principes & gubernatores, ut in hoc genere beneficentiam pie exercent, iuxta dictum Esaiæ, Reges erunt nutricij tui, & regina nutrices.

## TEXTVS.

**C**VM autem Moses erexisset tabernaculum, idq; vnxisset & sanctificasset, & omnia vasa eius, & altate cum omnibus vasis eius, obtulerunt principes Israël, qui erant capitanei in domibus patrum suorum, quia erant principes tribuum suarum, & præfecti eorum qui numerati fuerant, & attulerunt sacrificia sua ad DOMINVM, sex plaustra operta & duodecim boues, plaustrum vnum pro duobus principibus, & singulos boues pro singulis, & attulerunt ea ad tabernaculum.

Et ait DOMINVS ad Mosen, Accipe ab eis,



ab eis, vt seruiant ministerio tabernaculi testimonij, & trade leuitis, cuiq; pro ratione officij sui. Et accipiens Moses plaustra & boues tradidit ea leuitis, duo plaustra & quatuor boues tradidit filijs Gerson pro ratione officij eorum, & quatuor plaustra & octo boues tradidit filijs Merari pro ratione officij eorum qui erant subditi Ithamar filio Aharon sacerdotis. Filijs vero Kahath nihil tradidit, quia sancto munere fungebantur, & humeris suis gestabant.

Et obtulerunt principes pro dedicatione altaris eo die, quo dedicatum est, & obtulerunt munera sua coram altari. Et dixit DOMINVS ad Moſen, Vniſquiſq; principum ſuo die ſacrificium ſuum offerat pro dedicatione altaris.

Primo die obtulit I. Nahaffon. munus ſuum Nahaffon filius Amminadab de tribu Iuda. Et munus eius erat, patina vna argentea centum & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum, iuxta ſiclum ſanctuarij, vtraq; plena ſimilæ oleo permixtæ pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum

decem siclorum auri plenum incenso. Iuuenus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque & quinque agni anniculi. Hoc est munus Nahasson filij Amminadab.

Secundo die ob- I I. Nethaneël.  
tulit Nethaneël fili-  
us Zuar princeps Isaschar. Munus ipsius erat patina vna argentea centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum, iuxta siclum sanctuarij, vtraque plena similæ oleo permixtæ pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso, Iuuenus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque, & quinque agni anniculi. Hoc est munus Nethaneël filij Zuar.

Tertio die prin- I I I. Eliab.  
ceps filiorum Sebu-  
lon Eliab filius Helon. Munus eius erat patina vna argentea centum & triginta siclo-

ta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarij, vtraq; plena similæ oleo permixtæ pro oblatione, præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuencus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boves duo, arietes quinque, hirci quinque & quinque agni anniculi. Hoc est munus Eliab filij Helon.

Die quarto prin- I III. Elizur.  
ceps filiorum Ruben,  
Elizur filius Sedeur. Munus eius erat patina vna argentea centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarij, vtraq; plena similæ oleo permixtæ pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuencus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boves duo, arietes quinque, hirci quinque, & quinque agni anniculi. Hoc est munus Elizur filij Sedeur.

Quinto die prin- V. Selumiël.  
 ceps filiorum Sime-  
 on, Selumiël filius ZuriSadai. Munus  
 eius erat patina vna argentea centum  
 & triginta siclorum, phiala vna argen-  
 tea septuaginta siclorum iuxta siclum  
 sanctuarij, vtraq; plena similæ oleo per-  
 mixtæ pro oblatione. Præterea aceta-  
 bulum vnum aureum decem siclorum  
 auri plenum incenso. Iuuenus vnus de  
 armentis, vnus aries, vnus agnus an-  
 niculus pro holocausto, hircus capra-  
 rum vnus pro peccato, & pro hostia  
 pacifica boues duo, arietes quinque, hir-  
 ci quinque & quinque agni anniculi. Hoc  
 est munus Selumiël filij ZuriSadai.

Sexto die princeps VI. Eliasaph.  
 filiorum Gad, Elia-  
 saph filius Deguel. Munus eius erat pa-  
 tina vna argentea centum & triginta  
 siclorum, phiala vna argentea septua-  
 ginta siclorum iuxta siclum sanctua-  
 rij, vtraq; plena similæ oleo permixtæ  
 pro oblatione. Præterea acetabulum  
 vnum aureum decem siclorum auri ple-  
 num incenso. Iuuenus vnus de armen-  
 tis, vnus aries, vnus agnus anniculus  
 pro holocausto, hircus caprarum vnus  
 pro



pro peccato, & pro hostia pacifica bo-  
ues duo, arietes quinque, hirci quinque &  
quinque agni anniculi. Hoc est munus  
Eliafaph filij Deguel.

Septimo die prin- VII. Elifama.  
ceps filiorum Ephra-  
im, Elifama filius Amihud. Munus  
eius erat patina vna argentea centum  
& triginta siclorum, phiala vna argen-  
tea septuaginta siclorum iuxta siclum  
sanctuarij, vtraque plena similia oleo  
permixta pro oblatione. Præterea ace-  
tabulum vnum aureum decem siclorum  
auri plenum incenso. Iuuenus vnus de  
armentis, vnus aries, vnus agnus anni-  
culus pro holocausto, hircus caprarum  
vnus pro peccato, & pro hostia pacifica  
boves duo, arietes quinque, hirci quinque  
& quinque agni anniculi. Hoc est munus  
Elifama filij Amihud.

Octauo die prin- VIII. Gamliel.  
ceps filiorum Manaf-  
se, Gamliel filius Pedazur. Munus eius  
erat patina vna argentea centum & tri-  
ginta siclorum, phiala vna argentea  
septuaginta siclorum, iuxta siclum san-  
ctuarij, vtraque plena similia oleo permi-  
xta pro oblatione. Præterea acetabu-  
lum



lum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuuenus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque, & quinque agni anniculi. Hoc est munus Gamliel filij Pedazur.

IX. Abidan.  
 Nono die princeps filiorum Benjamin, Abidan filius Gideoni. Munus eius erat patina vna argentea centum & triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarij, vtraque plena similia oleo permixta pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuuenus vnus de armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque & quinque agni anniculi. Hoc est munus Abidan filij Gideoni.

X. Ahiëser.  
 Decimo die princeps filiorum Dan, Ahiëser filius Ammisadai. Munus eius erat patina vna argentea centum & trigin-

triginta siclorum, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum fanctuarij, vtraq; plena similæ oleo permixtæ pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuuenus vnus ex armentis, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque, & quinque agni anniculi. Hoc est munus Abiëser filij Ammifadai.

Vndecimo die XI. Pagiël.

princeps filiorum Asfer, Pagiël filius Ochran. Munus ipsius erat patina vna argentea siclorum centum & triginta, phiala vna argentea septuaginta siclorum iuxta siclum tabernaculi, vtraq; plena similæ oleo permixtæ pro oblatione. Præterea acetabulum vnum aureum decem siclorum auri plenum incenso. Iuuenus vnus ex armento, vnus aries, vnus agnus anniculus pro holocausto, hircus caprarum vnus pro peccato, & pro hostia pacifica boues duo, arietes quinque, hirci quinque, & quinque agni anniculi. Hoc est munus Pagiël filij Ochran.

Die

Die duodecimo XII. Ahira,  
 princeps filiorum  
 Naphthali, Ahira filius Enan. Munus  
 eius erat patina vna argentea centum  
 & triginta siclorum, phiala vna argen-  
 tea siclorum septuaginta iuxta siclum  
 sanctuarij, vtraq; plena similæ oleo per-  
 mixtæ pro oblatione. Præterea aceta-  
 bulum vnum aureum decem siclorum  
 auri plenum incenso. Iuuenus vnus  
 ex armento, vnus aries, vnus agnus  
 anniculus pro holocausto, hircus ca-  
 prarum vnus pro peccato, & pro ho-  
 stia pacifica boues duo, arietes quinq;,  
 hirci quinq;, & quinq; agni anniculi.  
 Hoc est munus Ahira filij Enan.

Hæc est dedicatio altaris eo die quo  
 vnctum est, & quo à principibus Isra-  
 el (oblatae sunt) duodecim patinæ ar-  
 genteæ, duodecim phialæ argenteæ,  
 duodecim acetabula aurea. Vna pati-  
 na (continebat) centum & triginta  
 siclos argenti, & vna phiala septuagin-  
 ta siclos. Ac summa omnis argenti va-  
 forum efficiebat bis mille & quadrin-  
 gentos siclos iuxta siclum sanctuarij.  
 Acetabulorum vero duodecim, quæ  
 erant plena incenso, vnumquodq; con-  
 tine-

tinebat decem siclos iuxta siclum fan-  
ctuarij. Ac summa auri acetabulorum  
efficiebat centum & viginti siclos.

Summa pecudum pro holocausto e-  
rat, Iuenci duodecim, arietes duode-  
cim, agni anniculi duodecim vnâ cum  
oblationibus suis, & hirci duodecim  
pro peccato. Summa autem pecorum  
pro hostijs pacificis erat, Iuenci vi-  
ginti quatuor, sexaginta arietes, sexa-  
ginta hirci, sexaginta agni anniculi.  
Hæc est dedicatio altaris cum conse-  
craretur.

Ac quoties Moses ingrediebatur in  
tabernaculum testimonij, vt frueretur  
colloquio ( Dei ) audiuit vocem lo-  
quentis ad se ex propitiatorio, quo te-  
gebatur arca fœderis inter duos Che-  
rubim, inde sermo ad eum perferebatur.

## C A P V T V I I I .

Argumentum.

*QVEM ADMODVM leuita olim sta-  
bant coram Aharone : Ita singuli credentes  
stant in conspectu Christi summi sacerdotis.  
Hic imponit nobis manus & segregat nos,*  
hoc

*hoc est, auellit ab omnibus alijs sectis & dogmatibus, & consecrat nos ad hoc summum munus, scilicet ad Euangelij propagationem. Etsi enim non omnes fungimur publico munere docendi in templis aut in scholis: tamen unusquisq; sit sacerdos in sua familia, & p̄s officijs adiuuet conseruationem ministerij & propagationem vere & necessarie doctrine de Deo & de alijs rebus bonis.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est **DOMINVS** ad Moſen dicens, Loquere ad Aharon & dicei, Quando lucernas in ſublimi collocas, ſic eas collocabis, vt omnes ſeptem luceant verſus eam partem quam candelabrum reſpicit. Fecitq; ſic Aharon, & collocauit lucernas in ſublimi vt verſus faciem candelabri lucenter, ſicut præceperat **DOMINVS** Moſi. Candelabrum autem erat ex ſolido auro vnâ cum baſi & floribus ſuis, iuxta viſionem, quam oſtenderat **DOMINVS** Moſi, ſic fecit candelabrum.

Et locutus eſt **DOMINVS** ad Moſen dicens, Tolle leuitas ex filijs Iſraël & purifica eos. Sic autem purificabis eos,

Con-



Consperge eos aqua expiationis & nu-  
uacula abrasent omnes capillos suos,  
& vestes suas lauabunt, & erunt mundi.

Deinde tollent iuencum vnà cum  
oblacione, quæ est similia oleo permixta,  
& iuencum alium accipies pro pecca-  
to, & adduces leuitas ad tabernaculum  
testimonij, & totam multitudinem fi-  
liorum Israël congregabis, & adduces  
leuitas in conspectum DOMINI. Et fi-  
lij Israël imponent manus suas leuitis,  
& Aharon ventilabit leuitas coram  
DOMINO à filijs Israël, vt possint fun-  
gi ministerio DOMINI.

Et leuitæ imponent manus suas ca-  
pitibus iuencorum, quorum alter fiat  
hostia pro peccato, alter holocaustum  
DOMINO ad expiandos leuitas. Et fi-  
stes leuitas coram Aharon & filijs eius,  
& coram DOMINO ventilabis, & sic  
separabis eos à filijs Israël, vt sint mei.  
Postea ingredientur, vt seruiant in ta-  
bernaculo testimonij. Hoc modo pu-  
rificabis & ventilabis eos, quia mihi  
donati sunt à filijs Israël, & accipi eos  
pro omni quod aperit matricem, vide-  
licet pro primogenitis filiorum Israël.

Nam omne primogenitum inter fi-  
lios

lios Israël meum est tam hominū quam pecorum inde usq; ab eo die, quo omnia primogenita in Aegypto percussi, eaq; sanctificaui mihi & accepi leuitas pro omnibus primogenitis inter filios Israël, & tradidi eosdem Aharon & filijs eius ex filijs Israël, vt seruiant in ministerio filiorum Israël in tabernaculo testimonij ad expiandum filios Israël, ne inter filios Israël sit plaga, si accederent propius ad sanctuarium.

Et Moses atq; Aharon cum tota multitudine filiorum Israël fecerunt leuitis omnia, sicut DOMINVS Mosi præceperat, Et leuitæ expiati sunt, & lauerunt vestimenta sua, & Aharon ventitabat eos coram DOMINO, & expiabat eos vt essent mundi. Postea ingressi sunt, vt facerent officium suum in tabernaculo testimonij coram Aharone & filijs eius, Sicut præceperat DOMINVS Mosi de leuitis, sic fecerunt eis.

Et ait DOMINVS  
ad Mosē, Hoc est Aetas leuitarum.  
quod ad leuitas (pertinet) A vicefimo  
quinto anno & supra accommodati  
sunt ad militiam ministerij in tabernaculo testimonij. Post annum vero quin-  
quage-

quagesimum immunes erunt à munere officij, nec amplius seruient, sed dediti erunt ministerio fratrum suorum in tabernaculo testimonij. Non autem exequentur munus vllum. Sic facies leuitis, vt singuli sint in sua statione.

## CAPVT IX.

### Argumentum.

*QVOD* Deus dispenset de sua lege propter probabiles rationes, ostendit prior pars huius capituli. Nam dies decimus quartus mensis secundi diuino mandato destinatus est ad celebrandum pascha ijs, qui iusto tempore, hoc est, decimo quarto die superioris mensis, vel non fuerant mundi, vel profectioe aliqua necessaria impediti comedere pascha cum alijs non potuerant. Altera pars dulcissimam consolationem proponit, & commonefacit nos simul de magnitudine miseriarum & periculorum & de defensione. Deus est ignis consumens, vt Deut. 4. scriptum est, nec iram & iudicium eius Ecclesia sustinere posset. Ideo nube tegimur, & filius Dei umbraculum est inter Deum iudicantem & nos, ne consumamur horrenda ira Dei. Deinde op-

pugnatur Ecclesia à Diabolis, à tyrannis, & premitur inter communes calamitates generis humani & inter tumultus imperiorum. Sed tanquam flammeo muro cincta est, ne Diaboli & tyranni seuire in eam possint, ut furenter cupiunt. Et tota hæc defensio comprehensa est in dicto Christi, quo nos dulcissime consolatur, Nemo rapiet oues meas ex manibus meis. Sed quoties has promissiones legimus, audimus, cogitamus, quas quidem propter assidua pericula semper in conspectu esse oportet, simul doctrinam de fide & spe complectamur. Non satis est audire promissionem, Sed nostræ mentes fiducia filij Dei faciant inuocationem, ardenti fide petant gubernationem & defensionem, & constanti spe eam expectent. Et intuentes in filium Dei, qui nobis umbraculum est, & flammeus murus, vincamus dubitationes, metum, dolores nostros, & statuamus nos ab ipso seruari, regi & protegi. Et hac fide & spe constantes simus in confessione, & omnibus officijs vocationis nostræ.

## T E X T V S.

**E**T locutus est χρονολογία.  
**D**OMINVS ad  
 Mosen in deserto Sinai anno secundo  
 post



post exitum ex Aegypto, mense primo, dicens, Faciant filij Israël pascha statuto tempore, die decimo quarto huius mensis ad vesperam, stato tempore facient ipsum iuxta omnes ritus & ceremonias eius. Et Moses loquebatur cum filijs Israël vt facerent pascha. Et fecerunt pascha die decimo quarto mensis primi ad vesperam in deserto Sinai. Omnia sicut mandauerat **D O M I N V S** Mosi, sic fecerunt filij Israël.

Erant autem quidam viri immundi propter cadauer hominis, nec poterant facere pascha illo die. Hi accesserunt ad Mosen & Aharon eodem die, & dicebant ad eos, Nos sumus immundi propter cadauer hominis, quæ res obstat & impedit, quo minus offeramus **D O M I N O** munus nostrum suo tempore inter filios Israël? Moses respondit eis, State, Audiam quid præcipiat vobis **D O M I N V S**. Et **D O M I N V S** loquens cum Mose dixit, Loquere cum filijs Israël & dic eis, Si quis immundus est propter mortuum, aut procul à vobis peregrinatur aut in generationibus vestris, is tamen faciat **D O M I N O** pascha, sed mense secundo die decimo



quarto ad vesperam, idq; comedet cum panibus infermentatis & adhibitis amarum (herbis) Nihil relinquent ex eo vsq; ad matutinum tempus, & os eius non frangent, & iuxta omnes ritus paschatis facient.

Omnis autem qui mundus est & qui non peregrinatur, & tamen omiserit celebrationem paschatis, huius anima exterminabitur ex populo suo, quia munus suum non obrulit DOMINO suo tempore, peccatum suum portabit. Ac si peregrinus inter vos fuerit, & voluerit facere pascha DOMINO, is faciet iuxta ritus & ceremonias paschatis. Vna lex erit peregrini & indigenæ terræ.

Cæterum illo die, quo erectum est tabernaculum, operuit habitationem nubes supra tectum testimonij, & à vespertino tempore vsq; ad auroram erat supra habitationem species ignis. Sic semper fiebat, vt nubes tegetet eam, & noctu species ignis. Ac quoties nubes supra tabernaculum attollebatur, proficiscebantur filij Israël, & in quo loco nubes commorabatur, ibi castra locabant filij Israël. Iuxta verbū DOMINI profi-

proficifcebantur filij Ifraël , & iuxta verbū D O M I N I castra locabant. Donec nubes commorabatur supra habitationem , manebant in castris. Ac si nubes multos dies commorabatur supra habitationem , erant in excubijs D O M I N I filij Ifraël , nec proficifcebantur.

Quod si certo numero dierum nubes erat supra habitationem , castra metabantur iuxta verbum D O M I N I , & proficifcebantur iuxta verbum D O M I N I. Si nubes aderat à vespera vsq; ad auroram & tunc in sublime efferebatur , proficifcebantur , Et si interdiu vel noctu attollebatur , proficifcebantur. Si autem biduo aut mense aut diutius supra habitationem commorabatur , manebant in castris filij Ifrael , nec proficifcebantur , cumq; postea attolleretur , proficifcebantur. Nam iuxta verbum D O M I N I in castris manebant & iuxta verbum D O M I N I proficifcebantur , vt essent in excubijs D O M I N I iuxta verbum D O M I N I per Mosen ( traditum. )

## C A P V T X.

E 4

Argu-

## Argumentum.

*Cv m* populus Israël ad montem Sinai confedisset undecim menses & viginti dies die vicesimo secundi mensis anno secundo post exitum ex Aegypto nube eleuata à tabernaculo, signum profectiois accepit, & motis castris à monte Sinai processit tridui viam in deserto. Semper autem velut in deserto vagatur Ecclesia, exul & errans sine certa sede, sine humana defensione. Pertinet igitur imago populi Israël ad Ecclesiam omnibus temporibus, qua ducitur per desertum, & regitur nube & flammis coelestibus, & adest ei dux Christus, vt illis affuit. Quare confirmemus animos, & certo teneamus hanc sententiam, quod Deus sit seruaturus Ecclesiam, que retinet doctrinam traditam à Christo, prophetis & apostolis.

## TEXTVS.

**E**T locutus est  
**D**OMINVS ad  
 Mosen dicens, Fac  
 tibi duas tubas ex  
 solida argenti massa, accommodatas  
 ad conuocationem multitudinis, & ad  
 transla-

Esaia 58. Clama  
 ne cesses, Exalta  
 vocem tuam quasi  
 tubam.

translationem castrorum. Quando v-  
triusq; cantus exauditur, congregabi-  
tur ad te vniuersa multitudo ante osti-  
um tabernaculi testimonij. Quando au-  
tem vnus cantus exauditur, congrega-  
buntur ad te principes, & capitanei  
millium in Israël. Si autem cum iubilo  
cantus exaudietur, mouebuntur castra,  
quæ ad Orientem posita sunt. Et si se-  
cunda vice talis iubilus sonuerit, mo-  
uebuntur castra ad Meridiem colloca-  
ta. Quoties enim proficiscendum est,  
canetis cum iubilo. Quoties autem  
multitudo congreganda est canetis sine  
iubilo. Canent autem tubis filij Aha-  
ron sacerdotes, & hoc ius erit vobis  
perpetuum in posteritate vestra.

Quando in bellum proficiscimini in  
terra vestra contra hostes à quibus læ-  
si estis, canetis tubis cum iubilo, vt me-  
moriam vestri renouetur coram D O M I-  
N O Deo vestro, & liberemini ab hosti-  
bus vestris. Similiter quando læti estis  
in festis & nouilunijs vestris, canetis  
cum iubilo super holocaustis vestris &  
pacificis hostijs, vt sint vobis monimen-  
ta coram D O M I N O Deo vestro. Ego  
sum D O M I N V S Deus vester.

Die vicesimo men- *χρονολογία.*  
 sis secundi anno se-  
 cundo eleuabatur nubes à tabernacu-  
 lo testimonij. Et filij Israël motis ca-  
 stris profecti sunt ex deserto Sinai, &  
 nubes consedit in deserto Paran. Mo-  
 nebant autem primi  
 iuxta verbum D o- I. Iuda.

MINI per Mosen ( traditum ) videlicet  
 vexillum castrorum filiorum Iuda pri-  
 mum ordinem ducebat, & exercitui eo-  
 rum præerat Nahasson filius Ammina-  
 dab, & exercitui tribus filiorum Isa-  
 schar præerat Nathaneël filius Zuar,  
 & exercitui tribus filiorum Zebulon  
 præerat Eliab filius Helon. Depositedum  
 est itaq; tabernaculum, & profecti sunt  
 filij Gerson & Merari & gestabant ta-  
 bernaculum.

Motum est etiam II. Ruben.  
 vexillum castrorum  
 Ruben cum exercitu suo, & huic præe-  
 rat Elizur filius Sedeur. Et exercitui  
 tribus filiorum Simeon præerat Sela-  
 miël filius Zuri Sadai. Et Eliafaph fili-  
 us Deguel præerat exercitui tribus fi-  
 liorum Gad. Profecti sunt quoq; Ka-  
 hathitæ & gestabant sanctuarium, &  
 illi



illi erigebant tabernaculum, donec hi  
venirent.

Postea motum est III. Ephraim.  
vexillum castrorum  
filiorum Ephraim cum exercitu suo,  
cui præerat Elisama filius Ammihud.  
Et Gamliël filius Pedazur præerat ex-  
ercitui tribus filiorum Manasse. Et  
Abidan filius Gideoni præerat exerci-  
tui tribus filiorum Benjamin.

Postea motum est IIII. Dan.  
vexillum castrorum  
filiorum Dan cum exercitu suo, & om-  
nia castra mota sunt, & Ahiëser filius  
Ammisadai præerat exercitui eorum.  
Et Pagiël filius Ochran præerat exer-  
citui tribus filiorum Affer. Et Ahira  
filius Enan præerat exercitui tribus fi-  
liorum Naphthali. Sic proficiscebantur  
filij Israël cum suis exercitibus.

Et Moses dixit ad Hobab affinis  
affinem suum Hobab Moyfi.  
filium Reguël ex Mi-  
dian, Nos proficiscimur in eum locum,  
de quo D O M I N V S dixit, Ego dabo  
vobis eum. Veni igitur nobiscum, &  
benefaciemus tibi. Nam D O M I N V S  
promisit Israël bonum. Ille vero re-  
spon-

spondit, Non proficiscar vobiscum, sed redibo in patriam meam & ad cognationem meam. Ipse vero dicebat, Ne quæso derelinquas nos, Tu enim scis vbi in deserto castra ponenda sint, & eris noster oculus. Quod si nobiscum profectus fueris, quicquid boni **DOMINVS** in nos contulerit, id quoque in te conferemus.

Diligentia querendi media concessa non pugnat cum fiducia auxilii diuini. Imo negligere huiusmodi media est tentare Deum.

Profecti sunt itaque relicto monte **DOMINI** tridui itinere, & arca fœderis **DOMINI** antecedebat eos tridui itinere, vt monstraret eis, vbi quiescerent. Et nubes **DOMINI** interdierat supra eos, quando castra mouebant.

Et quando arca proficiscebatur, dicebat Moses, Exurge **DOMINE** & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Et cum rursus quiesceret dicebat, Conuertere **DOMINE** ad multa millia Israël.

## CAPVT XI.

Argu-

## Argumentum.

*IN omnibus delictis populi in deserto sunt horrenda ingratitude, diffidentia, impatientia seu fremitus aduersus Deum. Sed aliàs accedunt alij lapsus, vt hoc loco recitatur historia de intemperantia, qua populus fastidians iam Manna appetit carnes, nec esus carniū taxatur, sed fastidium presentis doni. Cogita autem quanta fuerit ingratitude populi, qui cum à Deo maximis miraculis eductus esset ex Ægypto, & sciret iam se in terram promissam patribus duci, vbi pulcherrimam politiam tanquam sedem Ecclesie certam Deus conditurus erat, nunc nec Deum nec miracula recordantur, sed tedio itinerum fracti irascuntur Moysi, queruntur se humano consilio, & ipsius tyrannide ex Ægypto eductos esse. Sunt & inobedientes, vt ostendit impatientia, quia mediocrem laborem itinerum recusant ferre, cumq; mediocris copia sit victus, nec laborent fame, fruuntur enim Manna, non contenti sunt hoc dono Dei, sed appetunt delicias. Hanc intemperantiam, ad quam & alia peccata accedunt, punit Deus. Et similia peccata subinde in Ecclesia accidunt, vt nunc, quia difficultates in re familiari, & potentium aduersus nos*

*ſus nos odia & contemptum experimur propter profeſſionem Euangelij, multi appetunt ſuaue illud otium & ſplendorem, quem habuerunt ante emendationem doctrine. Imo aliqui abutuntur Euangelio ad augendam intemperantiam & auaritiam, & ad oſtentionem, & ſplendoris amplificationem. Secuta ſunt igitur pœna, bella & alia calamitates.*

## T E X T V S.

**E**T cum populus eſſet impatiens, diſplicuit aurib. **D**OMINI, idq; audiens concepit iræ ardorem, à quo accenſus eſt ignis **D**OMINI inter eos, qui conſumſit extremas partes caſtrorum. Et clamauit populus ad Moſen, & Moſes orauit **D**OMINVM, & euauit ignis. Et vocatum eſt nomen loci illius Tabeëra, quia inter eos exar-

Populus Iſraël tridui itinere a monte Sinai per deſerta loca ſine intermiſſione confecto, fractus difficultatib. & pertæſus laborû, ægre ferre cœpit errationum aſſiduitatem & inurmurare contra Moſen. Ob quam impatientiam Deus iratus fulmine accendit poſtremam partem caſtrorum, vbi cum ignis graſſaretur ita atrociter vt videretur vniuerſa caſtra ſemel abſumturus, ægre tandem precipit

ferat ignis DOMINI. Nam vulgus promiscuum inter eos voluptates appetebat, & sedentes fle-

bus ad Deum & lacrymis Mosi ac trepidæ multitudinis incendium restinctum est.

uerunt vnâ cum filijs Israël & dixerunt, Quis dabit nobis carnes ad edendum? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis, & cucumerum, peponum, porri, cepearum atq; alliorû, Nunc autem anima nostra languida est, quia oculi nostri nihil vident nisi Man. Erat autē Man simile semini Coriādri & præ se ferebat speciē Bdellij, & populus hinc inde discursans colligebat, & saxo frangebant aut conterebant in mortario, & coquebant in ollis, & faciebant inde panes in cineribus assatos, quorum sapor similis erat placentæ oleo perfusæ. Et cum noctu ros descenderet super castra, simul descendebat Man.

Fastidium bonorum præsentium pugnat cum iusticia & tolerantia, & oritur ex mobilitate animi subinde alia atque alia appetentis.

Bdelliū est quidam cognatū myrrhæ.

Cum igitur Moses audiret populum flentem in familijs suis, vnumquensq; in ostio



ostio tabernaculi sui, exarsit ira DOMINI vehementer, & Mosi ea res displicuit. Et dixit Mo-

ses ad DOMINVM:

Quare afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam in oculis tuis.

Nam onus vniuersi populi imponis mihi. An ego concepi vniuersum hunc populum aut peperii, vt possis mihi dicere, Gesta enim manibus tuis (sicut nutrix gestat filium) in terram patribus ipsorum iuramento promissam? Vnde accipiam carnem dandam populo huic vniuerso? Flent coram me & dicunt, Da nobis carnes ad manducandum. Non possum ego solus sustinere vniuersum hunc populum, quia vires meas superat. Quod si sic me tractare vo-

les, potius interfice me, si modo inueni

gratiam in oculis tuis, ne cogar esse spectator mearum ærumnarum.

Et DOMINVS dixit ad Mosen, Congrega mihi septuaginta viros de senio-

Querela Moyfi de mole negotiorum & periculorū in gubernatione.

Impatientia Moyfi.

Senatus septuaginta seniorum, qui a Græcis *συνεδριον* appellatur.

ribus

ribus Israël, quos scis esse maximos  
 natu in Israël, & praefectos eius, & ad-  
 duc eos ad tabernaculum testimonij,  
 & siste eos ibi coram me. Et ego de-  
 scendam & colloquar tecum, & accipi-  
 am de spiritu, qui  
 super te est, & ponam  
 super eos, vt sint so-  
 cij tui in perferen-  
 dis onerib. populi, ne solus sis gestator.

Sine tuo numine  
 nihil est in homine,  
 nihil est innoxium.

Et ad populum dices, sanctificate  
 vos in crastinum, vt carnes comedatis.  
 Nam fletus vester peruenit ad aures  
 DOMINI cum diceretis, quis pascet  
 nos carne, Etenim bene nobis erat in  
 Aegypto? Ideo dabit vobis DOMI-  
 NUS carnem, vt comedatis non vno  
 die, nec duobus, non quinque, non de-  
 cem, nec viginti, sed totum mensem,  
 donec exeat ex naribus vestris, & fasti-  
 dium vobis afferat, quia reiecistis DO-  
 MINUM, qui inter vos est, & flentes co-  
 ram eo dixistis, quare egressi sumus ex  
 Aegypto.

Et Moses dixit, Sexcenta millia pe-  
 ditum in populo sunt, in quo ego ver-  
 sor, & tu dices, ego dabo eis carnes, vt  
 edant totum mensem, An maclabuntur.

F oues &

oues & boues qui sufficiant eis? Aut omnes pisces maris huc congregabuntur, vt sufficiant eis? DOMINVS autem dixit ad Mosen, An manus DOMINI abbreviata est. Sed nunc videbis vtrum sermo meus re atq; euentu comprobetur an non?

Et egressus Moses retulit ad populum verba DOMINI, & congregauit septuaginta viros natu maximos in populo, & statuit eos in ambitu tabernaculi. Et descendens DOMINVS in nube locutus est cum eo, & accepit de spiritu, qui super ipsum erat, & posuit eum super septuaginta seniores, & cum spiritus in eis acquiesceret, prophetauerunt sine intermissione.

Remanserant autem duo viri in castris, quorum alter nominabatur Eldad, alter Medad, & spiritus requieuit super eos. Erant enim ipsi quoq; inscripti, nec tamen exierant ad tabernaculum, & prophetabant in castris. Et currens puer nunciauit Mofi dicens, Eldad & Medad prophetant in castris. Ibi respondit Iosua filius Nun minister Mofi quem elegerat dicens, Mi domine Mose, prohibe eos. Moses vero respondit,

dit, Es tu zelotes      Humilitas Moyſi  
 pro me? Vtinam      non deſpicientis a-  
 vniuerſus populus      lia organa Dei.

DOMINI prophetaret, & DOMINVS  
 poneret ſpiritum ſuum ſuper eos. Et  
 aggregatus eſt Moſes ad caſtra & ſenio-  
 res Iſraël.

Et ventus excitatus à DOMINO  
 comprehenſas coturnices de mari ſpar-  
 ſit in caſtra per circuitum tanto ſpacio  
 ex omni parte, quantum vno die pera-  
 grari poteſt, altitudine duorum cubi-  
 torum ſupra terram. Et ſurgens po-  
 pulus toto illo die & tota nocte, & al-  
 tero die integro, & collegit coturni-  
 ces, & qui minimum collegerat, is po-  
 terat implere meſuram decem Ho-  
 mer, & ſuspende-  
 bant eas in ambitu  
 caſtrorum.

Homer ſeu Co-  
 rus decem medimni  
 Attici.

Cum autem car-  
 nes adhuc inter den-  
 tes tenerent, nec ab-  
 ſumta eſſet, exarſit  
 ira DOMINI contra  
 populum, & percuf-  
 ſit eos plaga magna  
 valde. Ideo locus il-

Faſtidentib. do-  
 & rinam recte ex-  
 plicatam iuſto iudi-  
 cio Dei obiiciuntur  
 coturnices, id eſt,  
 praua dogmata, quæ  
 etſi blandiuntur ra-  
 tioni, tamen peſtem  
 perniciemque do-  
 ctoribus & audito-  
 ribus afferunt.



le vocatur, Sepulchra concupiscentiæ, quia ibi sepultus est populus quærens voluptates. A sepulchris vero concupiscentiæ migravit populus in Hazeroth, & mansit in Hazeroth.

## CAPVT XII.

### Argumentum.

*HISTORIA* huius capituli docet electos & renatos posse labi, sed lapsos iram Dei debere agnoscere, & rursus ad Deum conuerti, nec magnitudine lapsuum deterreri debere, quo minus redeant ad Deum. Nam gratia exuberat supra peccatum, & hac ipsa historia restatur agentibus pœnitentiam non modo peccata remitti, sed etiam pœnas mitigari, aut omnino tolli.

### TEXTVS.

**L**Ocuta est autem Miriam & Aha-  
ron contra Mosen  
propter mulierẽ Aethiopi-  
ssam, quam  
duxerat, quia cum  
muliere Aethiopissa

Integritatem legi-  
slatoris confirmat  
fratrum proteruita,  
nempe cum alia ca-  
rerent accusatione,  
vxoris probum ob-  
iecerunt. Theodo-  
retus in quæst. in  
Numeros.

fœdus



foedus matrimonij constituerat, & dixerunt, An per so-

I. Aemulatio.

lum Mosen **D O M I N V S** loquitur? An non etiam per nos loquitur? Et audiuit **D O M I N V S**. At Moses erat vir valde afflictus supra omnes homines in terra.

Et locutus est **D O M I N V S** subito cum Mose, cum Aharon & cum Miriam, Exite vos tres ad tabernaculum testimonij, Et egressi sunt tres illi. Et descendit **D O M I N V S** in columna nubis, & stetit in ostio tabernaculi, & vocavit Aharon & Mi-

II. Pauor conscientiae ortus a diuina accusatione.

riam, & hi duo exierunt. Et dixit, Audite mea verba, Si fuerit inter vos propheta **D O M I N I**, huic in visione me patefaciam, aut loquar cum eo in somnio. Sed non sic seruus meus Moses,

III. Testimonium Dei de integritate Moyfi.

qui in vniuersa domino mea fidelis est. Ore ad os loquor cum eo, & videt **D O M I N V M** in sua specie, non in ænigmate aut similitudine. Quare ergo non timuistis loqui contra seruum meum Mosen?

Et ira DOMINI exarsit contra eos, & abiit. Nubes etiam discessit à tabernaculo. Et ecce Miriam leprosa erat sicut nix, Et Aharon respexit ad Miriam, & ecce erat leprosa, & dixit ad Moysen, Obsecro domine, Non ponas super nos peccatum, quod stulte egimus & peccauimus. Quæso ne fiat ista quasi mortuum, quod egreditur de utero matris suæ, Deuorauit enim (lepra) dimidium carnis ipsius.

Moses autem clamauit ad DOMINUM & dixit, O Deus sana quæso eam. Et ait DOMINVS

ad Moysen, Si pater eius expuisset in faciem eius, an non erubesceret septem diebus? Includatur septem diebus extra castra, postea recipiatur. Fuit igitur Miriam septem diebus inclusa extra ca-

I III. Pœna peccati. Per hæc docemur non exercendam esse vindictam aduersus autores iniuriarum, sed expectandam sententiam diuinam, quæ maxime consolatur iniuria affectos, sicut & tunc tacente Moysè Mariam lepra percussit, Theod. in quæst. in Numeros.

V. Confessio peccati.

VI. Mansuetudo Moysei remittentis offensionem & intercedentis pro sorore.

tra castra, Et populus non proficiscebatur donec reciperetur Miriam. Postea profectus est populus ex Hazeroth, & castra posuit in deserto Paran.

VII. Condonatio peccati & liberatio a poena.

## C A P V T X I I I .

### Argumentum.

*QVEM ADMODVM robustus viator minus properat propter comitem imbecilliorē: Ita Moses mittit exploratores in terram Canaan, ut sese attemperet ad infirmitatem populi. Quod enim non sua, sed populi causa Moses exploratoribus mandata dederit, testatur caput primum Deuteronomij, in quo haec verba leguntur: Accessistis omnes ad me & dixistis, Mittemus viros ante nos, qui scrutentur nobis terram, &c. Sed paulò post ex infirmis sunt impii, blasphemi & crudelēs, ut ostendit historia capitis sequentis.*

### T E X T V S .

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Mitte viros, qui explo-  
rent

rent terram Canaan, quam ego filijs  
Israël daturus sum, ex singulis tribu-  
bus patrum suorum vnum autoritate  
præstantem. Misit itaq; eos Moses ex  
deserto Paran iuxta verbum DOMI-  
NI omnes illos viros, qui autoritate  
excelebant inter filios Israël, & hæc  
erant eorum nomina.

Sammua filius Za-  
curde tribu Ruben.  
Saphat filius Hori

Nomina duode-  
cim exploratorum  
terræ Canaan.

de tribu Simeon. Caleb filius Iephunne  
de tribu Iuda. Igeal filius Ioseph de  
tribu Isaschar. Hosea filius Nun de  
tribu Ephraim. Palti filius Raphu de  
tribu Benjamin. Gadiel filius Sodi de  
tribu Sebulon. Gaddi filius Susi de tri-  
bu Ioseph, videlicet de tribu Manasse.  
Ammiel filius Gemalli de tribu Dan.  
Sethur filius Michaël de tribu Aser.  
Nahebi filius Vaphsi de tribu Naphtha-  
li. Guel filius Machi de tribu Gad. Hæc  
sunt nomina virorum, quos Moses mi-  
sit ad explorandam terram. Sed Ho-  
sea filium Nnn ap-  
pellabat Moses Io-  
sua.

Mutatio nomi-  
nis diuinitus facta  
semper aliquid sig-  
nificat.

Cum igitur Mo-

ses mit-

ses mitteret eos ad explorandam terram Canaan, dixit ad eos, Ascendite Formula mandatorum. versus meridiem, & ite in montana vt videatis qualis sit terra, & qualis sit populus incolens eam, robustus ne an infirmus, exiguus ne an multus sit. Et qualis sit terra quam incolunt, bona ne an mala sit, & quales ciuitates sint quas incolunt, vtrum in tabernaculis an in locis probe munitis habitent. Et qualis sit terra, pinguis ne sit an macilenta, & vtrū arbores in ea sint an non. Estote magno animo, & tollite de fructu terræ. Erat autem tempus quo vix primum maturescunt.

Ascenderunt itaq; Obedientia exploratorum. & explorauerunt terram à deserto Zin vsq; ad Rehob, vbi iter est ducens in Hamath. Et ascendentes versus meridiem venerunt vsq; in Hebron, vbi erant Ahiman, Sefai & Thalmai filij Enak. Hebron autem ædificata erat septem annis ante Zoan in Aegypto. Et peruenerunt vsq; ad torrentem Escol, & absciderunt palmitem vnâ cum botro vuarum vno, quem



portauerunt duo viri in veste, præterea mala punica & ficus. Vocatus est autem locus ille torrens Escol propter botrum vuarum, quem ibi absciderunt filij Israël.

Et reuersi sunt explorata terra post dies quadraginta, & euntes venerunt ad Mosen & Aharon, & ad totam multitudinem filiorum Israël in deserto Paran, quod est Kades. Et retulerunt ad eos & ad totum cœtum quo in statu res essent, & monstrarunt eis fructus terræ. Et commemorantes dixerunt, Venimus in terram ad quam nos misistis, in qua manat lac & mel, & hic est fructus eius. Sed populus est robustus qui eam incolit, & ciuitates magnæ sunt & probe munitæ, ac vidimus ibi filios Enak. Amalec autem habitat in terra Meridionali, Hetthæi vero & Iebusæi & Amoræi habitant in montanis, & Cananæi habitant in littore maris & in ripa Iordanis.

Caleb vero compescuit populum coram Mose dicens, Ascendamus & occupemus terrâ, quia  
 obtinebimus eam. Vox plena fidei.

At viri qui vnâ cum eo ascenderant dicebant,

cebant, Non poterimus ascendere contra hunc populum, quia nobis fortior est. Et spargebant malam famam de terra, quam explorauerant, inter filios Israël dicentes, Terra quam lustrauimus explorandi causa deuorat suos incolas, & omnis populus quem vidimus sunt homines proceræ staturæ. Vidimus etiam ibi gigantes filios Enakim, reliquias gigantum, & eramus in oculis nostris quasi locustæ, & tales etiam eramus in oculis eorum.

Lingua mali pars  
pessima serui.

## CAPVT XIII.

Argumentum.

*TENTARE Deum non est peccatum ignorantia, sed lapsus scientis, qui in impugnatione fiducia sue sapientie, iusticie aut virium discedit à mandato Dei & ordinatione diuina, tanquam certans cum Deo sapientia aut viribus proprijs, videlicet aut negans esse Deum, aut opera Dei, cum sit aliter conuictus, aut corrigens ordinationem Dei. Huius peccati exempla in historia populi Israël considerentur, ut in Exod. cap. 17. negant Israëlita*

lita se à Deo eductos esse, & contradicunt manifestis testimonijs Dei propterea, quia non omnes euentus respondent ipsorum imaginationibus. Peccant igitur impatientia, quia Deo nolunt obedire, & deinde addunt nouum & atrocius peccatum, negant esse opus Dei, de quo conuicti erant certissimis miraculis, negant Moysen esse ducem à Deo constitutum, sed vociferantur eum esse impostorem. Hoc autem loco addunt correctionem horrendam ex sua sapientia, volunt nouum ducem eligere, à quo reducantur in Ægyptum. Postea utique repressi volunt pergere & præliari cum hostibus, cum quidem tunc Deus prohiberet. Tales correctiones sunt tentare Deum & pugnare cum precepto, Non tentabis Dominum Deum tuum. Non enim sunt faciende correctiones ordinationis diuinae humana curiositate, sed homo sciens mandatum & ordinationem Dei, manere intra has metas reuerenter debet, & Deo gratias agere & ei obedire.

## TEXTVS.

**C**ommotus igitur populus vociferatus est, & noctu fleuit. Et omnes filij Israël murmurabant contra Moysen & Aha-

& Aharon, & tota multitudo dicebat ad eos, Vtinam in Aegypto mortui effemus, aut adhuc moreremur in hoc deserto. Quare ducit nos D O M I N V S in hanc terram, vt nostræ vxores gladio interficiantur, & nostri liberi fiant præda? An non fatius est nos redire in Aegyptum? Et alter ad alterum dicebat, præficiamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum.

Moses autem & Aharon ceciderunt in facies suas coram vniuerso cœtu congregationis filiorum Israël. Et Iosua filius Nun & Caleb filius Iephunne, qui etiam fuerant exploratores terræ, lacerabant vestes suas, & dicebant ad vniuersam multitudinem filiorum Israël, Terra quam lustrauimus explorandi causa, est valde bona. Si D O M I N V S nobis propitius fuerit, introducet nos in terram illam, eamq; nobis dabit, quæ est terra manans lacte & melle. Nolite deficere à D O M I N O, nec reformidētis populum illius terræ. Comedemus enim eos tanquam panem, Recessit ab eis præsidium eorum. D O M I N V S autem est nobiscum. Ideo non timeatis eos.

Et dixit



Et dixit vniuersa  
multitudo, vt ipsi la-  
pidib. obruerentur,  
apparuitque gloria  
DOMINI in taber-

Sicut lux pio-  
rum crescit: Ita te-  
nebræ & furores  
impiorū augentur,  
Prouerb. 4.

naculo testimonij omnibus filijs Isra-  
el. Et DOMINVS dixit ad Mosen,  
Quamdiu hic populus me blasphemat?  
Et quamdiu non credent in me pro-  
pter cuncta signa, quæ feci inter eos?  
Quare percuriam eum peste & delebo  
eos, & faciam ex te populum maiorem  
& potentiolem quàm hic est.

Moses autem di-  
cebat ad DOMI-

Oratio Moyfi pro  
populo.

NVM: At Aegyptij  
audient. Nam tu hunc populum robo-  
re tuo eduxisti ex medio eorum. Et di-  
cetur incolis huius terræ, qui audierunt  
quod tu sis in medio huius populi,  
quodq; facies tua cernatur, & nubes  
tua stet super eos, & in columna nubis  
interdiu antecedas eos, & in columna  
ignis noctu, quod deniq; interfeceris  
hunc populum tanquam virum vnum,  
Tunc dicerent gentes, qui talem famam  
de te audirent, DOMINVS nequaquam  
poterat hunc populum introducere in  
terram



terram, quam iuramento promiserat eis. Ideo mactauit eos in deserto.

Et nunc magnificetur quæso robur DOMINI, sicut dixisti, DOMINVS est longanimis & multæ misericordiæ, & remittit iniquitatem & transgressionem, & neminem finit impune peccare, sed visitat iniquitatem patrum in filijs in tertia & quarta generatione. Sis igitur propitius iniquitati huius populi secundum magnam misericordiam tuam, sicut remisisti populo huic ex Aegypto ad hunc vsq; diem.

Et respondit DOMINVS, Remisi iuxta verbum tuum. Veruntamen viuo ego, Implebitur gloria DOMINI vniuersa terra. Nam omnes homines qui viderunt gloriam meam & signa mea, quæ ego feci in Aegypto & in deserto, & me decies tentarunt, nec voci meæ obedierunt, horum nullus videbit terram, quam iuramento promisi patribus eorum, nullus etiam eorum videbit, qui aduersus me blasphemi fuerunt. At seruum meum Caleb, quia alius spiritus cum eo est, & me fideliter secutus est, introducam in terram, in quam venit, & semen ipsius occupabit eam, præterea

Amalé-

Amalekitas & Cananæos, qui habitant in valle. Cras conuersi iter facite in deserto per viam ducentem ad mare rubrum.

Et DOMINVS locutus est ad Mosen & Aharon dicens, Quamdiu murmurat hic prauus cœtus contra me? Nam murmur, quo fremuerunt filij Israëli contra me audiui. Ideo dices ad eos, Vivo ego dicit DOMINVS, Faciam vobis sicut me audiente locuti estis, Corpora vestra in hac solitudine cadent, & omnes qui numerati estis à vicesimo anno & supra, qui contra me murmurastis, non intrabitis in terram, propter quam leuaui manum meam, vt in ea vos collocarem, exceptis Caleb filio Iephunne, & Iosua filio Nun.

Filios vestros, de quibus dixistis, erunt præda, introducam, vt agnoscant terram quam vos reijcitis. Corpora autem vestra cadent in hac solitudine. Et filij vestri erunt pastores in deserto annos quadraginta, & vestram fornicationem portabunt donec consumantur corpora vestra in deserto. Iuxta numerum quadraginta dierum, intra quos explorastis terram, dies enim pro  
 anno

anno ( computabitur ) portabitis iniquitates vestras, vt re ipsa comperiatis, quid sit deserere à Deo. Ego D O M I N V S dixi, & hoc faciam toti huic prauæ multitudini, quæ contra me tumultuata est, In hac solitudine omnes consummentur, & ibi morientur.

Itaq; mortui sunt per plagam coram D O M I N O omnes illi viri, quos Moses miserat ad explorandam terrã, & redierant, & incitauerant totam multitudinem ad murmurandum spargendo famam de terra, quod esset mala. Iosua vero filius Nun, & Caleb filius Iephunne superstites manserunt ex viris illis, qui abierant vt terram explorarent.

Et Moses locutus est hæc verba ad omnes filios Israël, & fuit populus in magno luctu. Et mane surgentes ascendebant in fastigium montis & dicebant, En assumus, & ascendemus in locum, de quo D O M I N V S locutus est, quia peccauimus. Et ait Moses, quare

Exploratores omnes præter Iosua & Caleb subita nece coram populo diuinitus interfecti sunt, quia populum consternatum reddiderant cõmemorata potentia Cananæorum & munitione vrbiũ.

G

sic transf-

fic transgredimini verbum DOMINI. Non eueniet vobis feliciter. Nolite ascendere, quia DOMINVS non est inter vos, ne cladem accipiatis ab hostibus vestris. Nam Amalekitæ & Cananæi sunt ibi coram vobis, & gladio cadetis, quia auersi estis à DOMINO, nec DOMINVS erit vobiscum.

Sed erant pertinaces in proposito ascendendi in fastigium montis. Arca vero DOMINI & Moses non discesserunt ex castris. Descendens autem Amalekita & Cananæus, qui habitabant in monte illo, percusserunt atq; contriuerunt eos vsq; ad Horma.

## C A P V T   X V.

Argumentum.

*QVATVOR sunt huius capituli partes. PRIMÆ est appendix legis de oblatione & libatione, quæ ostendit Deum esse amantem ordinis & proportionis, & omnia disposuisse in numero, pondere & mensura. ALTÆRA pars monstrat discrimen inter voluntaria et inuoluntaria delicta. Tenenda est igitur regula, In infinitum distare lapsus contra consci-*



conscientiam, id est, qui sunt à scientibus & volentibus. contra legem Dei, & peccata ignorantia. TERTIA pars proponit exemplum pœne violati sabbati. Etsi autem hæc severitas in illa politia locum habuit, nec ad ceteras gentes pertinet: tamen admonet nos de conseruatione ministerij, cuius præcipuus neruus est publica congregatio in sabbato. Hanc nemo impedire debet, sed potius singuli sua presentia & pijs officijs eam ornent & augeant, ut scriptum est Psalmo 68. In Ecclesijs benedicite Domino. Non enim vult nos Deus celebrare Eleusinia, sed vult publicos esse Ecclesia congressus, in quibus sonet vox legis & Euangelij, & communis fiat precatio & gratiarum actio. POSTREMA pars tradit regulam omnium summam, ut agnoscamus nostræ mentis caliginem, & velimus regi verbo Dei, & includamus nos metis verbi Dei, hoc est, firma assensione amplectamur doctrinam de essentia & voluntate Dei, & de nostris moribus, quam Deus patefecit, nec fingamus alias opiniones de essentia & voluntate Dei, de cultibus, aut de nostris moribus. Sit igitur in conspectu hæc regula sæpissime repetita in tota doctrina cœlesti, ut in Psalmo 119. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & Esaia 8. Ad legem et ad testimoniū.



## TEXTVS.

ET locutus est I.  
DOMINVS ad

Mosen dicens, Loquere ad filios Israëli & dic eis, Quando veneritis in terram habitationis vestræ, quam ego vobis dabo, & volueritis DOMINO offerre sacrificium, siue sit holocaustum, siue singulari voto conceptum, siue spontanea oblatio, siue sacrificium solenne, vt DOMINVM suavi odore recreetis debobus aut ouibus.

Si quis igitur munus suum vult offerre DOMINO, is faciat oblationem ex decima parte similæ quæ permixta sit quarta parte Hin

olei. Addat etiam vinū libationis quartam scilicet partem Hin ad holocaustum vel ad aliud genus sacrificij, in quo ouis

Hin duodecim log, id est, duodecim sextarii seu duocongii Attici.

Ephi medimus Atticus seu tria fata.

offertur. Si autem offertur aries, facies oblationem ex duabus decimis similæ, quæ permixtæ sint tertia parte hin olei. Vini quoq; pro libatione ( accipies ) tertiam partem hin, offeresq; in odore suauitatis DOMINO.

Si au-

Si autem volueris bouem pro holocausto, aut pro singulari voto, aut pro hostiæ pacifica facere, addes ad bouem oblationem factam ex tribus decimis similæ, quæ sint permixtæ dimidia parte hin olei, & vinum libationis cuius mensura sit dimidia pars hin. Hoc est sacrificium suavi odore recreans **D O M I N V M**. Sic facies cum vno boue, cum vno ariete, cum vna oue ex agnis & capris. Pro numero horum sacrificiorum erit rata pars.

oblationum & libationum. Proportio sit oblationis & libationis ad sacrificium.

Omnis indigena sacrificiet, vt offerat **D O M I N O** sacrificium odoris suauissimi. Ac si peregrinus versabitur inter vos aut in familijs vestris, & vult **D O M I N O** offerre sacrificium suauissimi odoris, is faciet sicut vos facitis. Vniuersæ congregationi sit vna lex, tam vobis quàm peregrinis. Perpetua hæc lex sit ad posteritatem vestram, vt peregrinus sit coram **D O M I N O** sicut vos. Vna lex, vnum ius pertinebit ad vos & ad peregrinum, qui vobiscum versatur.

Et locutus est **D O M I N V S** ad Mo-

sen dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Cum veneritis in terram, in quam ego vos introducam, & comederitis panem terræ, dabitis DOMINO leuationem. De prima massa farinea placentiam dabitis pro leuatione. Sicut leuationem ex area, sic etiam DOMINO primitias massæ vestræ pro leuatione dabit in posteritate vestra.

Quod si per ignorantiam non feceritis

I I.

aliquid ex his mandatis, quæ locutus est DOMINVS ad Moſen, & quæ DOMINVS per Moſen vobis præcepit inde vsq; ab eo die quo capit mandata dare posteris vestris, Si ergo congregatio errore aliquid fecerit, tota congregatio iuuenicum vnum de armentis pro holocausto faciet in odorem suauitatis DOMINO vnâ cum sua oblatione & libatione, sicut iustum est, & hircum caprarum pro peccato. Et sacerdos hoc modo expiabit totam congregationem filiorum Israël, & remittetur eis, quia est ignorantia. Et afferent hæc munera sua pro sacrificijs DOMINO, & hostias pro peccato coram DOMINO super ignorantia sua, & remittetur

tetur toti congregationi filiorum Israël, atq; etiam peregrino, qui vobiscum versatur, quia totus populus peccavit ignorantia.

Si autem vna anima per ignorantiam peccauerit, adducet ad sacerdotem capram anniculam. Et sacerdos expiabit hanc animam errore lapsam per hostiam pro peccato, super ignorantia coram DOMINO, & remittetur ei. Et vna lex erit de eo, quod pro ignorantia fieri debet, pertinens tam ad indigenas Israël, quam ad peregrinos vobiscum versantes.

Si autem anima petulanter aliquid fecerit, siue sit indigena siue aduena, is

Delictum voluntarium est contemptus Dei accersitus a sciente & volente.

DOMINVM contumelia affecit. Talis anima exterminabitur ex populo suo, quia contempsit verbum DOMINI, & præceptum eius violauit, Omnino delebitur, & iniquitatis suæ rea erit.

Cum autem filij Israël in deserto essent, inuenerunt virum quendam ligna colligentem die sabbati. Et qui deprehenderant colligentem ligna, adduxerunt

III.



runt eum ad Mosen & Aharon & ad totam congregationem, Et coniecerunt eum in carcerem, quia non erat diserte expressum, quid de eo faciendum esset. **D O M I N V S** autem dixit ad Mosen, Supplicio afficiatur hic vir, Tota multitudo obruet eum saxis extra castra. Et eduxit eum tota multitudo ex castris, & lapidauerunt eum vsq[ue] ad mortem, sicut **D O M I N V S** Mosis præceperat.

Et locutus est **D O M I N V S** ad Mosen, I I I I.

Loquere ad filios Israëli & dic eis, vt faciant cincinnos in alis vestium suarum in tota posteritate vestra, & flanos funiculos addant cincinnis alarum. Hic autem erit vsus cincinnorum, vt in eos intuentes memores sitis omnium mandatorum **D O M I N I**, & faciatis ea, ne sequamini cogitationes cordis vestri, aut oculos vestros meretricios. Ideo memores eritis omnium mandatorum meorum, & faciatis ea, & sancti eritis Deo vestro, Ego **D O M I N V S** Deus vester, qui eduxi vos ex Aegypto, vt essem Deus vester. Ego **D O M I N V S** Deus vester.



## CAPVT XVI.

## Argumentum.

*N*ULLA gubernatio inuadenda est sine vera vocatione, iuxta illud ad Ebraeos 5. Nemo sibi sumat honorem, sed vocetur à Deo sicut Aharon. Nec enim foelix est gubernatio, nisi Deo adiuuante, ut Baptista inquit, Nemo potest quicquam sibi sumere, nisi sit ei datum desuper. Hac doctrina diligenter cogitanda est in magnis rebus, ne fiducia humana, sine vocatione, sine legitimis causis, res magnas moueamus, ut hoc loco Korah, Dathan & Abiram exitum habent plusquam tragicum, cum inuadunt sacerdotium sine vocatione. Sic innumerabiles duces perierunt, propterea quod imperia sine vocatione inuaserunt, ut Absolon, Brutus, Cassius, Antonius & alij. Cum autem historia huius capituli amplissima sit, multa hic lectori cogitanda sunt.

## TEXTVS.

**E**T Korah filius Iezehar filij Kahath, filij Leui, vnà cum Dathan & Abiram filijs Eliab, & On filio Peleth filijs Ruben mouerunt seditionem contra

Mosen, vnâ cum aliquot viris inter filios Israël ducentis & quinquaginta, qui erant præcipui in congregatione, Senatores & fama celebres. Et congregati contra Mosen & Aharon dixerunt ad eos, Modum exceditis, Nam tota congregatio sancta est, & DOMINVS est in medio eius. Clamores Tribunitii. Quare effertis vos supra congregationem DOMINI?

Hæc audiens Moses cecidit in faciem suam, & dixit ad Korah & ad totam eius factionem, Cras DOMINVS ostendet, qui sint sui, & qui sint sancti, & quis ei debeat sacrificare. Is quem elegerit sacrificabit ei. Hoc facite, Tollite vobis thuribula Korah & tota eius factio, & ponite in eis ignem & incensum coram DOMINO. Cras quem elegerit DOMINVS, is sit sanctus. Modum exceditis vos filij Leui.

Et Moses dixit ad Korah, Audite quæso filij Leui, An parua res vobis videtur, quod vos Deus Israël segregauit à multitudine Israël, vt ei sacrificetis, & operam officij præstetis in tabernaculo DOMINI, & stantes coram multitudine

titudine seruiatis ei? Et adiunxit sibi  
te & omnes fratres tuos filios Levi, &  
nunc etiam appetitis sacerdotium. Tu  
& tota factio tua  
mouetis seditionem  
contra D O M I N V M.

Seditiosi sunt,  
qui iniuste recusant  
obedire suæ pote-  
stati.

Quis est Aharon, vt  
contra eum murmuretis?

Et misit Moses & iussit vocari Da-  
than & Abiram filios Eliab, Illi vero  
responderunt, Non ascendemus. An  
parua res tibi videtur, quod eduxisti  
nos ex terra lacte & melle manante, vt  
interficeres nos in deserto, & vis etiam  
nobis cum imperio præesse? Duxisti  
sane nos in terram lacte & melle ma-  
nantem, & agros atq; vineas tanquam  
hæreditatem nobis attribuisti. Vis ne  
etiam oculos hominibus effodere? Non  
ascendemus.

Et iratus Moses valde dixit ad D o-  
M I N V M, Non respi-  
cias ad oblationem  
eorum, Non asinum  
vnum ab eis accepi,  
nec quenquam eo-  
rum offendi. Ad Ko-  
rah vero dixit, Tu &

Moyſes habet te-  
ſtimoniũ bonæ con-  
ſcientiæ. Scit ſe nõ  
rapuiſſe dominatio-  
nem, ſed vocationi  
obediſſe, & non  
miſcuſſe priuatas  
cupiditates, & quæ  
omnis

omnis factio tua  
 cras coram DOMI-  
 NO eritis, tu, & illi  
 & Aharon. Et vnus-  
 quisq; accipiat suum  
 thuribulum, & im-  
 ponat incensum, &  
 accedite ad DOMI-  
 NVM singuli cum su-  
 is thuribulis, quæ erunt ducenta quin-  
 quaginta. Et vnusquisq; accipiebat su-  
 um thuribulum, & ponebat in eo ignem  
 & incensum, & accesserunt ad ostium  
 tabernaculi testimonij, & Moses etiam  
 atq; Aharon. Et Korah congregauit  
 contra eos totam  
 multitudinem ante  
 ostium tabernaculi  
 testimonij.

Gloria vero DO-  
 MINI apparebat co-  
 ram tota multitudine.  
 Et DOMINVS  
 colloquebatur cum Mose & Aharon  
 dicens, Separate vos ab hac multitudine,  
 vt eam subito deleam. Cadentes ve-  
 ro in faciem suam  
 dicebant, O Deus,  
 qui

fœliciter gessit, &  
 Deo gubernata ef-  
 se. Hæc gloria non  
 pugnat cum humi-  
 litate, sed est ei  
 cognata & versatur  
 inter eadē extrema,  
 inter ignauiam &  
 arrogantiam seu su-  
 perbiam.

Cice. pro domo  
 sua: In imperita  
 multitudine est va-  
 rietas & inconstan-  
 tia, & crebra ran-  
 quam tempestatū,  
 sic sententiarū com-  
 mutatio.

Oratio Moyfi &  
 Aharonis pro po-  
 pulo.



quies Deus spirituum vniuersæ carnis,  
An si vnus vir peccauerit, sequies in vni-  
uersam multitudinem?

Et ait D O M I N V S ad Mosen, Lo-  
quere ad multitudinem & dic ei, Dis-  
cedite à toto ambitu tabernaculorum  
Korah, Dathan & Abiram, Et Moses  
surgens ibat ad Dathan & Abiram, &  
seniores Israël sequebantur eum, & al-  
loquens multitudinem dicebat, Disce-  
dite à tabernaculis istorum impiorum  
hominum, nec quicquam attingite,  
quod ad ipsos spectat, ne forte perea-  
tis in aliquo peccato ipsorum. Et dis-  
cesserunt à tabernaculis Korah, Da-  
than & Abiram. Dathan vero & Abi-  
ram egressi steterunt in ostio suorum  
tabernaculorum cum suis vxoribus, fi-  
lijs & paruulis.

Et Moses ait, Ex hac re cognoscetis,  
quod me D O M I N V S miserit, vt face-  
rem omnia hæc opera, & non ex meo  
corde: Si morientur, sicut omnes ho-  
mines moriuntur, aut visitabuntur,  
sicut omnes homines visitantur, non  
miserit me D O M I N V S. Sin autem D O-  
M I N V S aliquid noui creauerit, vt ter-  
ra aperiat os suum, & absorbeat eos  
cum



cum omnibus quæ habent, & viui descendant in infernũ, cognoscetis quod isti homines fuerint aduersus Deum blasphemæ.

Cum autem finem dicendi fecisset, rupta est terra sub eis, & aperiens os suum deuorauit eos vnà cum domibus eorũ, cum omnibus hominibus qui coniuncti erant Korah & cum omnibus facultatibus eorum, & descenderunt viuentes in infernum, vnà

cum omnibus quæ habebant, & terra operuit eos, & perierunt de medio congregationis. Et totus Israël, qui erat in circuitu eorum, fugiebat propter clamorem eorũ. Dicebant enim, Ne forte terra etiam nos absorbeat. Et ignis egressus à DOMINO deuorabat ducentos & quinquaginta viros, qui incensum offerebant.

Et locutus est DOMINVS ad Moysen dicens, Dic Eleazaro filio Aharon sacer-

Proverb. 24. Time Dominum filium & regem, & cum seditiosis ne miscaris, quia subito veniet exitium eorum, & ruinam seditiosorum quis nouit?

Sic terra Amphiarum cum septem viris & septem equis absorpsit. Et Oedipus scribitur hiatu terræ absorptus esse.

facerdotis, vt tollat thuribula ex incendio, & hinc inde ignem spargat. Nam thuribula peccatorum istorū sunt sanctificata per animam ipsorum, vt diducantur in laminas latas, & altare eis operiatur. Sunt enim oblata D O M I N O & sanctificata, & erunt signa filijs Israël.

Et Eleazar sacerdos tollebat ærea thuribula, quæ combusti obtulerant, & diducebat ea in laminas ad operiendum altare, vt essent commonefactiones filijs Israël, ne quis peregrinus accedat, qui non est de semine Aharon, vt offerat incensum coram D O M I N O, ne idem ei accidat quod Korah & factioni illius, sicut ad eum D O M I N U S locutus fuerat per Mosen.

Altero vero die murmurauit vniuersa multitudo filiorum Israël contra Mosen & Aharon dicentes, Vos interfecistis populum D O M I N I, cumque congregaretur multitudo contra Mosen & Aharon, respexerunt ad tabernaculum testimonij, & ecce operuit ipsum nubes, & gloria D O M I N I apparuit. Et Moses atq; Aharon ingrediebantur ad tabernaculum testimonij,  
Et D o-

MINVS loquebatur cum Mose dicens, separate vos ab hac congregatione. Ego subito delebo eos. Et procidebant in facies suas.

Et Moses dicebat ad Aharon, Tolle thuribulum, & pone in eo ignem de altari & incensum, & cito vade ad congregationem, & fac pro eis placationem, Nam egressa est ira à facie DOMINI & plaga cœpit grassari. Et accepit Aharon, sicut ei Moses præceperat, & recto cursu contendit ad medium congregationis. (Et ecce plaga cœperat grassari in populo,) & suffimento fecit placationem pro populo, & stetit inter mortuos & viuos, & repressa est plaga. Qui vero plaga illa extincti sunt, erant quatuordecim millia & septingenti, præter eos qui mortui sunt cum Korah. Et redijt Aharon ad Mosē ante ostium tabernaculi testimonij, & plaga repressa est.

## CAPVT XVII.

Argumentum.

*Non reijcio allegoriam que extat in sermo-*

*sermone secundo Augustini de tempore: Virga Aharon, virgo Maria fuit, qua nobis Christum verum sacerdotem concepit & peperit. Sed moueor dicto epistola ad Ebraeos cap. 9. vt cogitem virgam Aharonis esse typum ministerij. Etsi enim ministerium docendi à maxima parte hominum contemnitur: tamen floret & gignit amygdalas, id est, fructus Ecclesie salutare. Due sunt autem partes huius ministerij, Lex & Manna, id est, vox Euangely.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est D O M I N V S ad Mo-  
sen dicens, Dico filijs Israël, &  
accipe ab eis duodecim virgas, à singu-  
lis principibus domus paternæ vnā,  
& cuiusq; nomē inscribe virgæ ipsius.  
Nomen vero Aharon inscribe virgæ  
Leui. Nam pro singulis capitibus do-  
mus paternæ erit vnā virga. Et reponē  
eas in tabernaculo testimonij coram  
testimonio, vbi vobis testificor. Et  
quem ego elegero, huius virga flore-  
bit, vt compescam murmur filiorum Is-  
raël, quo contra me murmurant.

Moses loquebatur cum filijs Israël,

H

&amp; om-

& omnes principes eorum dabant ei duodecim virgas, singuli principes singulas virgas, iuxta domos patrum suorum, & virga Aharon etiam erat inter illas virgas. Et Moses ponebat virgas coram DOMINO in tabernaculo testimonij. Mane vero cum Moses ingrederetur in tabernaculum testimonij, reperiēbat virgam Aharon de domo Leui florentem & germinantem & amygdalas gignentem. Et Moses efferebat omnes virgas à DOMINO ad omnes filios Israēl, quas cum vidissent, vnusquisq; suam virgam accipiebat.

DOMINVS vero dixit ad Mosē, Importa virgam Aharon in conspectum testimonij, vt asseruetur in signū filiorum contumacium, vt cesset murmur eorum à me & non moriantur. Moses faciebat, sicut præceperat DOMINVS, & filij Israēl dicebant ad Mosē, Ecce perimus & absumimur, omnes delemur & perimus. Omnis qui accedit ad habitaculum DOMINI moritur, An funditus peribimus.

## CAPVT XVIII.

Argu-



## Argumentum.

**PRIOR** pars huius capituli concionatur de ministerio sacerdotum & leuitarum. Ut enim nunc scholæ templis adiunctæ sunt: sic olim leuitæ adiuncti erant sacerdotibus.

**ALTERA** pars congruit ad dictum Christi, Dignus est operarius mercede sua. Vult enim Deus dari mercede: & alimenta ministris Euangelij, qui publice in templo docent, & docentibus in scholis & pauperibus scholasticis. De hac sententia Paulus copiose concionatur 1. Cor. 9. ubi expresse inquit, Sic Dominus ordinavit, ut hi qui Euangelium docent, ex Euangelio victum habeant, & adduntur multa argumenta, Quis militat suis stipendijs, & que sequuntur.

## T E X T V S.

**ET** DOMINVS dixit ad Aharon,

Tu & filij tui & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij, & tu ac filij tui tecum portabitis iniquitatem sacerdotij

Si quid non recte administratum fuerit in sanctuario & in omnibus partibus sacerdotij, culpa in te & familiam tuam redundabit.

H 2

vestri.

uestri. At fratres tui de tribu leui patris tui adiunges tibi, vt tecum versentur & tibi seruiant, Tu autem & filij tui tecum coram tabernaculo testimonij, & illi præstabunt operam officij tibi & toti tabernaculo. Sed tamen ad vasa sanctuarij & ad altare non accedent, ne moriantur ipsi & vos, sed erunt tecum, vt seruiant tabernaculo testimonij in omni officio quod tabernaculum requirit, & nemo alienus se vobis adiungat.

Sitis igitur custodes sanctuarij & altaris, ne deinceps ira in filios Israël irruat. Ego enim accepi fratres vestros leuitas ex filijs Israël, & vobis dedi tantquam donum DOMINO, vt fungantur officio in tabernaculo testimonij. Tu autem & filij tui tecum fungemini sacerdotio vestro, vt seruiatis in omnibus quæ ad altare pertinent, & in ijs quæ post velum sunt. Nam veluti munus attribui vobis officium sacerdotale. Si alienus accesserit, morietur.

Et DOMINVS dixit ad Aharon, Ecce ego dedi tibi meas leuationes de omnibus quæ filij Israël sanctificant pro officio tuo sacerdotali, & filijs tuis iure per-

re perpetuo. Hoc habebis de sanctissimo quod ab ipsis offertur, videlicet omnia sacrificia cum oblatione ipsorum, & omnes hostias ipsorum pro peccato, & omnes ipsorum victimas pro delicto, quas mihi offerunt, Hæc erunt tibi & filijs tuis sacratissima. In loco sanctissimo comedes ipsum. Omne masculinum ex eo comedet, quia erit tibi sanctum.

Dedi etiam leuationem muneris de omnibus quæ ventilantur à filijs Israël, tibi & filijs tuis & filiabus tuis tecum iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, ex eo comedet. Omne oleum optimum, & omne mustum optimum, & frumentum, quod ipsi primitiarum loco offerunt, dedi tibi. Omnes primi fructus, quos terra ipsorum procreat, & quos ipsi DOMINO offerunt, tui erunt, Qui mundus est in domo tua, comedet ex eo.

Omne anathema in Israël tuum erit. Omne quod aperit matricem in omni carne, quod ipsi DOMINO offerunt, siue homo sit, siue pecus, tuum erit, sic tamen vt patiaris redimi primogenitum hominis, & primogenitum anima-

lis immundi. Rediment autem post exitum mensis à tempore natiuitatis, & permittes redimi pecunia, videlicet quinq; siclis, iuxta siclum sanctuarij, qui valet viginti Gera. Primogenita vero bouis aut ouis, aut capræ non permittes redimi, quia sunt sancta. Sanguine eorum consperges altare, & adipem eorum inflammabis vt sit sacrificium suauissimi odoris DOMINO. Caro eorum tua erit, sicut & pectus ventilatum, & harmus dexter tuus est. Omnes leuationes, quas filij Israël sanctificant DOMINO, dedi tibi & filijs tuis & filiabus tuis iure perpetuo. Fœdus salis perpetuum erit coram DOMINO tibi & semini tuo tecum.

Et dixit DOMINVS ad Aharon, In terra eorum nihil possidebis, nec partem inter eos habebis. Ego enim sum pars tua & hæreditas tua inter filios Israël. Filijs vero Leui dedi omnes deci-

Sicut sal conseruat carnes ne putrescant: ita etiam hoc fœdus erit ratum & immotum. Sic loquitur scriptura 2. Paral. 13. Deus dedit regnum Dauidi & filiis eius fœdere salis.

Magna consolatio ministrorū Ecclesiæ.

mas in  
mas in

mas in Israël hæreditatis loco, pro opera officij quam mihi præstant in tabernaculo testimonij, ne deinceps filij Israël ad tabernaculum testimonij accedentes peccato sese onerent & moriantur, sed leuitæ fungentur officio in tabernaculo testimonij, & illorum iniquitates portabunt iure perpetuo in posteritate vestra. Non possidebunt inter filios Israël hæreditatem. Nam decimas filiorum Israël, quas DOMINO leuant, dedi leuitis tanquam hæreditatem. Ideo dixi ad eos, ne possideant inter filios Israël hæreditatem.

Et DOMINVS locutus est ad Mosen dicens, Loquere ad leuitas & dic eis, Cum acceperitis decimas à filijs Israël, quas dedi vobis tanquam hæreditatem vestram, dabitis ex eis leuationem DOMINO, decimam videlicet decimarum, & hæc leuatio vestra sic acceptabitur, vt si frumentum daretis ex area, aut plenitudinem extorculari. Hoc modo vos quoque dabitis DOMINO leuationem de omnibus decimis vestris, quas accipitis à filijs

Plenitudo significat liquida, cuiusmodi sunt mustum, oleum & similia.



raël, & hanc leuationem DOMINI dabit Aharoni sacerdoti. De omnibus quæ vobis dantur, dabitis DOMINO leuationem, & quidem de optimo, quod sanctificatur.

Et dic ad eos, Si hoc modo optimum dederitis, eodem loco habebitur quo prouentus aræ & prouentus torcularis. Ac poteritis eam comedere in omni loco vos & familia vestra, quia est merces vestra pro laboribus quos sustinetis in tabernaculo testimonij. Hac ratione non onerabitis vos peccato, si optimum inde leaueritis, nec prophanabitis sanctificata à filijs Israël, nec moriemini.

## CAPVT XIX.

## Argumentum.

*UT vaccam rufam comburi oportuit, ita promissum mediatorem pro nobis mori decretum fuit. Et cineri aqua infunditur, ut conspergi aly possint, & sit conspersio immersa byssopo in eam aquam, id est, mors Christi predicatur per Euangelium, & minister est byssopus per Euangelium communicans cinerem, id*

rem, id est, mortis Christi efficaciam nobis applicans. Hunc typum intuebatur David inquiens Psalmo 51. *Asperge me hyssopo & mundabor. Sciebat enim non tolli peccata sanguine vitulorum, sed alia victima promissa.*

T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen & Aharon dicens, Hoc ius erit  
legis, quod præcepit DOMINVS di-  
cens, Dic filijs Israël vt adducant ad te  
vaccam rufam inte-  
gram, in qua non sit  
defectus, & cui nul-  
lum iugum imposi-  
tum est. Et tradite  
eam Eleazar, qui e-  
ducet eam extra ca-  
stra, & curabit eam  
mactari in conspectu suo.

Vacca rufa car-  
nem Christi signi-  
ficat. Sexus fœmi-  
neus est propter in-  
firmitatem carnis.  
Rufa est propter  
ipsam cruentā pas-  
sionem, August. lib.  
4. quæst. in Nume.

Et Eleazar sacerdos tollet digito  
suo de sanguine eius, & hunc septies  
versus tabernaculum sparget directa  
linea, & curabit comburi vaccam in  
conspectu suo, pellem vnâ cum carne,  
sanguine & excrementis eius. Tollet  
etiam sacerdos lignum cedrinum, hyf-  
sopum

fopum & lanam coccineam, & in medium flammæ, qua comburitur vacca, conijciet. Et lauabit vestes suas & corpus suum aqua abluet, & postea ingredietur in castra, & immundus erit vsq; ad vesperam. Et qui combussit illam, lauabit quoq; vestes suas, & corpus suum aqua abluet, & immundus erit vsq; ad vesperam.

Colliget autem vir mundus cinerem vaccæ, & reponet eum in loco mundo extra castra, vt ibi asseruetur pro congregatione filiorum Israël in aquam separationis, quia est hostia pro peccato. Et is qui cinerem vaccæ collegit, lauabit vestes suas, & immundus erit vsq; ad vesperam. Hoc erit ius perpetuum filijs Israël & peregrinis, qui vobiscum habitant.

Qui igitur mortuum hominem tetigerit, is septem diebus immundus erit, & hac ( aqua ) se expiabit die tertio & septimo, & mundabitur. Ac si non expiauerit se die tertio & septimo, non mundabitur. Si quis autem tetigerit hominem mortuum, & non voluerit se expiare, is contaminat habitaculum DOMINI, & talis anima exterminabitur ex

tur ex Israël, quia aqua separationis non est conspersus, & erit immundus donec ab ea purificetur.

Hæc est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Qui ingreditur in tabernaculum, & quicquid est in tabernaculo, erit immundum septem diebus. Omne quoque vas apertum quod non habet operculum fixum, immundum erit. Et omnis qui tetigerit in campo gladio occisum, aut cadauer, aut os hominis, aut sepulchrum, is est immundus septem diebus.

Accipient igitur pro immundo cinerem huius combustæ hostiæ pro peccato, & viam aquam ei affudent in vase aliquo. Et vir mundus sumet hyssopum tinctum aqua,

& asperget tabernaculum & omnia vasa & omnes animas, quæ in eo versantur.

Eodem modo (asperget) eum, qui mortui ossa, aut interfectum, aut cadauer, aut sepulchrum tetigerit. Mundus vero immundum asperget tertio & septimo die, & septimo die ex-

Consperio per hyssopum significat ministerium Evangelii, per quod applicantur beneficia filii Dei credentibus, & ipse filius Dei est efficax.

die expiatus lauabit vestes suas, & se aqua abluet, & vesperi mundus erit.

Si quis autem fuerit immundus, nec voluerit se expiare, huius anima exterminabitur ex congregatione. Contaminauit enim sanctuarium DOMINI, nec aqua separationis conspersus est, ideo est immundus.

Et hoc erit eis ius perpetuum. Is vero qui aqua separationis asperfit, lauabit vestes suas, & qui tetigerit aquam separationis erit immundus vsq; ad vesperam, & quicquid tetigerit, immundū erit. Et quamcunq; animam tetigerit, ea immunda erit vsq; ad vesperam.

dammodo clauditur, quod significat vespera; August. 4. quæst. in Numeros.

Notandum est, quod difficilime reperitur in his libris aliquid euidentius de vita animæ post mortem, fuisse conscriptum, August. eodem in libro qui supra citatus est.

Omnis homo post remissionē plenissimam peccatorum permanendo in hac vita contrahit aliquid vnde sit immundus vsque ad eiusdem vitæ finē, vbi ei dies iste quor-

## CAPVT XX.

Argu-



## Argumentum.

PRIM A pars huius capituli de rupe percussa virga Moysi supra Exodi 17. enarrata est. ALTER A pars consolatur nos contra scandalum felicitatis impiorum. Etsi enim dictum fuerat in promissione, Maior seruiet minori: tamen Idumaei propagati ab Esau dominantur tumidi & spiritus altos gerunt vagantibus interea posteris Iacob sine certa sede. Ita plerumq; tenent imperia impij, qui erga Ecclesiam exultantem in mundo duri sunt & ἀσέγγυοι. POSTREM A pars docet Deum tunc quoq; propitium esse, cum nos peccantes paterne castigat, ut in Psalmo 89. dulcissime dicitur, Visitabo in virga iniquitates eorum, Misericordiam autem meam non amouebo ab eis. Et nominatim de Mose & Aharone dicitur Psalmo 99. Domine Deus noster tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis & ulciscens facta eorum. Praclare ergo Tertullianus in libro de patientia, O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit. Et Augustinus Psalmo 98. Illi Deus irascitur, quem peccantem non flagellat. Nam cui vere propitius est, non solum donat pec-  
cata

*cata ne noceant ad futurum seculum, sed etiam castigat, ne semper peccare delectet.*

## TEXTVS.

**V**ENIT autem vniuersa multitudo filiorum Israël in desertum Zin primo mense, & populus mansit in Kades, & Miriam ibi moriebatur & sepeliebatur eodem in loco.

Deerat autem multitudini aqua, & congregabantur aduersus Moſen & Aharon, & populus rixabatur cum Moſe & dicebant, Vtinam mortui eſſemus quando fratres noſtri mortui ſunt coram DOMINO. Quare duxiſtis hanc multitudinem in desertum iſtud, vt hic vnâ cum pecoribus noſtris moriamur? Et quare eduxiſtis nos ex Aegypto in hunc peſſimum locum, in quo non poſſunt femina ſpargi, vbi nec ficus, nec vites nec mala punica ſunt, ac ne quidem aqua eſt ad bibendum.

Moſes & Aharon relicta multitudine contenderunt ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & procidebant in facies ſuas, & gloria DOMINI apparuit eis; Et DOMINVS allocutus eſt Moſen dicens;

cens, Tolle baculum tuum, & congrega multitudinem, tu & frater tuus Aharon, & loquimini ad petram in oculis illorum, quæ effundet aquam. Sic educes illis aquam de petra, & potabis multitudinem & pecora eius.

Et tulit Moses baculum coram DOMINO, sicut ei præceperat. Et Moses atq; Aharon congregabant multitudinem ad petram, & dicebat ad eos, Audite vos contumaces, An de petra hac educemus vobis aquas? Et Moses leuans manum suam percussit petram baculo bis, & effusa sunt aquæ multæ, bibitq; multitudo & pecora eorum.

DOMINVS autem dixit ad Mosen & Aharon, Quia non credidistis mihi, vt me sanctificaretis coram filijs Israël, ideo non introducetis hanc multitudinem in terram, quam ipsis dabo. Hæc est aqua contentionis, de qua filij Israel cum DOMINO rixati sunt, & ipse sanctificatus est in eis.

Misit autem Moses nuncios de Kades ad regem Edom, Hæc tibi nunciat frater tuus Israël. Tibi nota est omnis molestia, quæ nobis accidit. Descenderunt enim patres nostri in Aegyptum, & nos lon-

nos longo tempore in Aegypto commorati sumus, & Aegyptij miseris modis nos tractarunt & patres nostros. Et cum clamaremus ad DOMINVM, exaudiuit vocem nostram, & misit angelum, qui nos eduxit ex Aegypto. Et ecce nunc sumus in vrbe Kades in finibus tuis. Concede nobis transitum per terram tuam. Non faciemus iter per agros aut per vineas, nec aquam ex tuis fontibus bibemus, sed manebimus in regia via, non desectentes ad dextram vel ad sinistram, donec transierimus terminos tuos.

Respondit vero eis Edom, Non transibis per me, aut armata manu occurram tibi. Filij Israël dicebant ad eum, Nos in trita via ambulabimus, & si biberimus aquam tuam nos aut pecora nostra, dabimus precium pro eis, tantum pedibus transibimus. Ille vero dicebat, Non transibis. Et Edom iuit eis obuiam cum populo magno & manu valida. Itaq; Edom recusauit populo concedere transitum per fines suos, & Israël discessit ab eis.

Et filij Israël motis castris profecti sunt ex Kades, & venerunt cum vniuersa mul-



sa multitudine ad montem Hor. Et locutus est DOMINVS cum Mose & Aharon in montanis Hor, in finibus terræ Edom, dicens, Colligatur Aharon ad populum suum, Non enim veniet in terram, quam ego dedi filijs Israël, quia inobedientes fuistis ori meo ad aquas contentionis. Assume autem Aharon & filium eius Eleazar, & duc eos in montem Hor, & exue Aharon vestibus suis, & indue eisdem filium Eleazar, Et Aharon ibi collectus morietur.

Fecit ergo Moses sicut præceperat ei DOMINVS, & ascenderunt in montem Hor spectante tota multitudine. Et Moses exiit Aharon suis vestibus, & induit eisdem filium eius Eleazar. Et Aharon moriebatur ibi in monte

Mors Aharonis.

Hor, Moses vero & Eleazar descendebant de monte. Cum autem videret tota multitudo, quod Aharon mortuus esset, defleuerunt eum triginta diebus, tota domus Israël.

## C A P V T X X I.

Argumentum.

I

PRIOR



*PRIOR pars huius capituli de serpente aeneo enarratur ab ipso Domino cap. 3. Iohannis. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, id est, ut aeneus serpens in deserto proponebatur vobis conspiciendus, & sanabantur illi, qui eum aspiciabant: Ita vester Messias pendet mortuus in cruce, sed haec mors erit vobis salutaris, si aspicietis, id est, si cognoscetis Messiam, & fiducia ipsius crederetis vos recipi à Deo ac sanari. ALTERA pars describit migrationes Israëliitarum in deserto, & duas gloriosas victorias aduersus Sihon regem Amorrhæorum & Og regem Basan. Hæ victorie erant testimonia presentie Dei in Ecclesia, & pios confirmabant, ut statuerent Deum promissa optima fide præstare.*

## T E X T V S.

**E**T cū Cananeus rex Arad audiisset, qui habitabat versus meridiē, quod venisset Israël per viam exploratorum, pugnabat contra Israël, & aliquos captiuos abducebat. Vouit ergo Israël votum DOMINO & dixit, Si tradideris hunc populum in manum meam, percutiam ciuitates eorū anathemate.  
Et Do-

Et D O M I N V S exaudiuit vocem Isra-  
el, & tradidit Cananæum, & anathema-  
te percussit eos vnà cum oppidis eo-  
rum, & vocauit nomen loci Harma.

Et profecti sunt de monte Hor per  
viam maris rubri, vt circumirent ter-  
ram Edom. Et po-

pulum cœpit tædere  
itineris, & locutus  
est contra D O M I -  
N V M & contra Mo-  
sen, Quare eduxisti

nos ex Aegypto, vt moreremur in de-  
serto? Non enim est in promptu panis  
& aqua, & anima nostra fastidio & sa-  
tietate abalienatur ab hoc cibo vilif-  
simo.

Immisit ergo D o -  
M I N V S in populum  
serpentes igneos, qui  
mordebant populū,  
& magna multitudo  
mortua est in Israël.  
Et accesserunt ad  
Mosen dicentes, pec-  
cauimus, quia locu-  
ti sumus contra D o  
M I N V M & contra te.

1. Cor. 10. Non  
tentemus Christū,  
sicut quidam illo-  
rum tentauerunt,  
& a serpentib. ex-  
tincti sunt.

Natura humana  
horribiliter ista est  
a serpente in lapsu  
primorum parentū.  
Ignea & acerrima  
vis fuit veneni,  
quod afflavit ille  
serpens. Impulit e-  
nim mentes ad ino-  
bedientiam, quam  
secuta est bonorum  
cœlestium spoliatio  
& mors, Sed hæc  
quia cōmunia sunt

Ora DOMINVM vt auferat à nobis serpentes. Moses orabat pro populo.

omniū leuiora ducimus. Non quiescit hic serpens, sed nouis moribus accendit vetus venenum in singulis, nec

quisquam est, qui non saucietur aliquo insigni vulnere, vt Dauid tunc insignem morsum expertus est, quando impulsus est vt raperet amici coniugem, & interficeret maritum.

Dixit autem DOMINVS ad Mosē, Fac tibi æneum serpentem, & erige eū in signū. Qui morsus est & aspexerit eum, viuet. Fecit itaque Moses æneū serpentem, & crexit eum in signum. Ac si quis morsus erat à serpente, is aspicebat æneum serpentem, & viuebat.

Quemadmodum serpens æneus erat imago serpentum, non tamen illorum venenum gerebat: Ita filius vnigenitus corpus quidem habebat humanū, sed peccatorū macula carebat. Et sicut a serpentibus morfi serpentem intuentes sanabatur: ita qui vulnerati sunt a peccato, passioni saluatoris nostri sine vlla dubitatione credentes,

mortem superant & vitam æternam consequuntur, Theodoretus in quæstionib. in Numeros.

Et inde profecti filij Israēl castra posuerunt in Oboth. Et profecti ex Oboth castra metati sunt in Ijm ad montana Abarim in deserto è regione Moab ver-

ab versus Solis ortum. Inde profecti castra locarunt ad torrentem Sared. Hinc discedentes castra posuerunt ultra Arnon, qui est in deserto, egrediens de termino Amoræi. Nam Arnon est terminus Moab inter Moabitas & Amoræos. Ideo dicitur in libro præliorum **D O M I N I**: Vaheb in Supha, & torrentes in Arnon. Et fluxus torrentiû, qui porrigitur ad ciuitatem Ar, & inflectitur, & est terminus Moab.

Moab & Edom fuerunt vicinæ regiones in Arabia Petrea post lacum Asphaltiten. Arnon vero est flumen magnum dirimens Moab ab Amoræis.

Hinc vero (migrarunt) in Beër. Hic est puteus, de quo **D O M I N V S** ad Moſen dixit, Congrega populum, ego dabo eis aquam. Tunc canebat Iſraël hoc carmen, & alternatim canebant iuxta puteum. Hic est puteus quem foderunt principes, & quem duces populi foderunt per doctorem & baculos eorum. Ex hoc deserto migrarunt in Mathana, & ex Mathana in Nahaliël, & ex Nahaliël in Bamoth in vallem, quæ est in campo Moab ad excelſum montem Piſga, qui ad deſertum respicit.

Et Israël missis SI HON.  
 nuncijs ad regem Si-  
 hon regem Amoræorum iussit ei nut-  
 tiari: Transibo per terram tuam, Non  
 deflectemus in agros aut in vineas, nec  
 aquam ex puteis bibemus, per viam re-  
 giam iter faciemus donec tranfueri-  
 mus fines tuos. Sed Sihon non conces-  
 sit filijs Israël transitum per suos fines,  
 verum congregauit vniuersum popu-  
 lum suum, & occurrit Israël in deserto,  
 cumq; venisset in Iachza, pugnavit cum  
 Israël.

Israël vero percussit eum acie gla-  
 dij, & occupauit terram eius ab Arnon  
 vsq; ad Iabotz, & vsq; ad filios Ammon.  
 Nam fines filiorum Ammon erant fir-  
 mi. Hoc modo occupauit Israël omnes  
 ciuitates istas, & habitauit in omnibus  
 ciuitatibus Amoræorum, in Hesbon  
 & omnibus filiabus  
 eius. Nam vrbs Hef- Filiae sunt parua  
oppida & pagi.  
 bon erat Sihon regis

Amoræorum, qui antea bellum gesse-  
 rat cum rege Moab, & omnem ipsius  
 regionem in suam potestatem redege-  
 rat vsq; ad Arnon.

Hinc dicitur figura prouerbiali, Ve-  
 nite



nite in Hesbon, vt ædificetur & instauratur ciuitas Sihon. Nam ignis egressus est ex Hesbon, flamma ex vrbe Sihon, quæ absumsit Ar Moabitarum, & ciues in excelsis Arnon. Væ tibi Moab, interijsti popule Chamos, Filij eius in fugam coniecti sunt, & filia eius captiuæ abductæ sunt ad Sihon regem Amoræorum. Perijt imperium eorum ab Hesbon vsq; in Dibon, vastata est vsq; ad Nopha; quæ pertingit vsque ad Medba. Sic Israël habitauit in terra Amoræorum.

Et Moses misit exploratores in Iaëser, & ceperunt filias eius, & occuparunt Amoræos qui erant in eis. Et conuersi ascenderunt per viam quæ ducit in Basan. Ibi obuiam eis processit Og rex Basan ducens vniuersum populum suum ad præliandum in Edrei. Et DOMINVS dixit ad Mosē,

Ar a Geographis appellatur Ariopolis.

Chamos idolum Moabitarū, 3. Reg. 11.

Medba in tribu Ruben a Ptolemæo lib. 5. Geographiæ appellatur Medana, cuius longitudo 68. 30. latitudo 30. 45.

O G.

Noli timere eum, quia in manum tuam tradidi eum vnâ cum terra & hominibus eius, & facies ei sicut fecisti Sihon regi Amoræorum, qui habitabat in Hesbon. Et percusserunt eum & filios eius & omnem populum eius, vt nemo esset superstes, & occuparunt terram. Postea profecti sunt filij Israël & castra posuerunt in campestribus Moab citra Iordanem è regione Iericho.

## CAPVT XXII.

### Argumentum.

*BILEAM* fuit insignis propheta & doctor in Mesopotamia, cui reuelata sunt eloquia Dei, & multe illustres prophetie creditæ sunt à Deo, vt ostendunt vaticinia de Alexandro Magno, & de Romano Imperio vastaturo regnum Iuda. Sed hic tantus vir horribiliter lapsus est, quia regi Balac dedit consilium, de proponendo idolo Baal, quod fuit occasio tristissimæ ruinae in populo Dei. Verissime igitur Petrus in posteriore Epistola cap. 2. scripsit: *Bileam mercedem iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate. Nam animal subugale mutum, humana*

*mana voce loquens, prohibuit prophetae dementiam.*

T E X T V S.

**V**idit autem Balac filius Zippor omnia quæ fecerat Israël Amoræis, & Moabitæ valde metuebant populum illum, qui magnus erat, & Moabitis pauorem iniecerat, & dixerunt ad seniores Midianitarum, Nunc absument hæc multitudo omnes vicinos nostros, sicut bos absument herbam campi. Balac autem filius Zippor erat eo tempore rex Moabitarum.

Et misit nuncios Bileam fuit propheta Mesopotamiz. ad Bileam filiū Beor in Pethor, quæ est

iuxta fluium in terra filiorum populi sui, qui his verbis vocarent eum, Ecce populus egressus est ex Aegypto, qui operit superficiem terræ, & sese mihi opponit. Nunc igitur veni & maledic huic populo, quia me fortior est, si forte possim eum percutere & eicere ex terra. Scio enim quod is, cui benedixeris, sit benedictus, & cui maledixeris, sit maledictus.

Abierunt itaq; seniores Moab & seniores

niores Midian habentes precium diuinationis in manu, & venientes ad Bileam, nunciarunt ei verba Balac, Et dixit eis, Pernoctate hinc, & respondebo vobis iuxta verbum quod DOMINVS ad me locutus fuerit. Manserunt itaque principes Moabitarum apud Bileam.

Et veniens Deus ad Bileam ait, Qui sunt viri isti apud te. Bileam respondit Deo, Balac filius Zippor rex Moabitarum misit ad me. Ecce populus egressus est ex Aegypto, qui operit superficiem terræ, veni ergo & maledic ei, si forte possim cum eo præliari & eijcere eos. Deus autem dixit ad Bileam, Noli cum eis ire, nec maledicas populo, quia est benedictus. Et mane surgens Bileam dixit ad principes Balac, Redite in terram vestram, quia DOMINVS non permittit mihi vt vobiscum eam.

Surgentes igitur principes Moab venerunt ad Balac dicentes, Bileam non vult nobiscum ire. Et rursus misit Balac plures & maiore autoritate præstantes quàm illi fuerant, qui venientes ad Bileam dixerunt ei, Sic ait Balac filius Zippor, Non re-

Aulæ, spes potentie & ambitio sepe mutant homines. cuses

cuses ad me venire, Magnis enim honoribus ornabo te & quicquid dixeris faciam, Veni quæso & maledic huic populo.

Bileam respondens dixit ministris Balac, Etiam si Balac mihi daret domum suam refertam argento & auro, tamen non possem transire verbum DOMINI Dei mei, faciendo magnum aut parvum. Manete ergo etiam hac nocte, ut cognoscam, quid præterea DOMINUS mecum locuturus sit. Et veniens Deus ad Bileam noctu ait ad eum, Si venerint viri te vocantes, surge & vade cum eis, sed tamen quod dixerò tibi facies.

Surgens itaque mane Bileam cinxit asinam suam, & abiit cum principibus Moabitarum. Et ira DOMINI exarsit, quod abiret ipse. Et Abiret, sc. non mansurus intra metas mandatorum. fletit angelus DOMINI in via, ut impediret eum. Ipse vero equitabat in asina sua, & duo pueri comitabantur eum. Et asina vidit angelum DOMINI stantem in via, & strictum gladium in manu eius. Et asina deflectens de via ibat in campo. Bileam vero verberavit eam, ut rediret in viam.

Et an-



Et angelus DOMINI stabat in semita vinearum, & erat vtrinque maceria, cumque asina videret angelum DOMINI applicauit sese ad maceriam, & læsit pedem Bileam in pariete, & ipse plagas multiplicabat. Et progressus angelus DOMINI stetit in loco angusto, in quo non poterat fieri deflexio nec ad dextram, nec ad sinistram, cumque asina videret angelum DOMINI, procubuit in genua sub Bileam, Et iratus Bileam baculo percussit asinam.

Et aperuit DOMINVS os asinæ, & illa ad Bileam locuta est: Quid feci tibi, quod ter iam me percussisti? Bileam vero respondit asinæ, quia me ludificaris. Utinam gladiū haberem in manu mea, ego interficerem te. Asina dixit ad Bileam, An non sum asina tua, in qua equitasti ad hunc usque diem? An vnquam sic facere tibi consueui. Ille vero dixit, Non.

Bileam tanta cupiditate ferebatur, vt nec tanti monstri miraculo terreteretur, & responderet quasi ad hominem loquens, August. lib. 4. quæst. in Numeros.

Et aperuit DOMINVS oculos Bileam, vt angelum DOMINI videret stantem in

tem in via, & strictum gladium in manu eius, & inclinavit & adoravit facie sua. Angelus vero DOMINI dixit ad eum, Quare ter percussisti asinam tuam? Ecce egressus sum ut impedirem te, quia peruersa est via coram me. Et asina cum vidisset me ter mihi cefsit. Quod si non cefsisset mihi, nunc interfecissem te, & asinam in vita conseruassem. Ibi Bileam dixit ad angelum DOMINI, Ego peccaui, quia nesciui quod tu aduersum me stares in via. Nunc ergo si displicet tibi, reuertar domum. Angelus vero DOMINI dixit ad eum, Vade cum viris illis, sed nihil aliud loqueris, nisi quod ego tibi dixero. Abijt ergo Bileam cum principibus Balac.

Causa iræ Dei  
aduersus Bileam.

Cum autem Balac audiret venire Bileam, obuiam ei processit in urbem Moabitarum, quæ est sita in finibus Arnon in termino extremo, & dixit ad eum: An non misi ad te & vocaui te? Quare ergo non venisti ad me? An putas quod non possim te honore afficere? Bileam respondit ei, Ecce veni ad te. Quomodo autem possum aliud loqui,

qui, quàm quod posuerit D O M I N V S  
in ore meo. Hoc enim oportet me lo-  
qui. Abiens itaq; Bileam cum Balac ve-  
nit in ciuitatem platearum. Et Balac  
offerebat boues & oues, & misit ad Bi-  
leam & ad principes suos.

## C A P V T   X X I I I .

### Argumentum.

*M V L T A* signa sunt quibus hypocri-  
sis à vera pietate discerni potest. Sed præ-  
cipuum est constantia in veritate. Nun-  
quam enim fucosa sunt durabilia. Etsi igitur  
Bileam in hoc capite præ se fert pieta-  
tis speciem: tamen hunc melleum gustum pau-  
lò post corrumpet infuso aceto. Nam victus  
illecebris aule autor est impij consilij, quod  
pestem perniciemq; magna multitudini Is-  
raëuitarum attulit. Cum autem verissimum  
sit Christi dictum, Sine me nihil potestis fa-  
cere, petamus à filio Dei, vt faciat nos pal-  
mites ex se propagatos salutare nostræ ani-  
mæ & Ecclesie.

### T E X T V S .

Et mane

**E**T mane assumfit Balac ipsum Bileam, & ducebat eum in excelsa Baal, vt inde contemplaretur populum vsq; ad finem. Et Bileam dixit ad Balac, Aedifica mihi hoc loco septem altaria, & suppedita mihi septem boues & septem arietes. Et fecit Balac sicut Bileam locutus fuerat, & obtulerunt Bileam & Balac in singulis altaribus vnum bouem & vnum arietem. Et Bileam dixit ad Balac, Assiste tu holocausto tuo, Ego vadam, si forte mihi occurrat **D O M I N V S**, vt tibi indicem quid mihi ostenderit, & abiit solus.

Occurrit autem Deus Bileam, Ipse vero ( Bileam ) dixit ad eum, Septem altaria instruxi, & obtuli in singulis vnum bouem & vnum arietem. Et posuit **D O M I N V S** verbum in ore Bileam & dixit, Redi ad Balac & sic loquere. Et cum ad eum redisset, ecce assidebat suo holocausto cum omnibus principibus Moabitarum.

Ordians vero parabolam suam dixit, Ex Syria curauit me accersi Balac rex Moabitarum, ex montanis versus ortum, Veni, maledic Jacob, veni & execrare Israël,

Israël. Quomodo maledicam ei, cui non maledixit Deus, Quomodo execrabor eum, quem Deus non execratur? Nam ex fastigio rupium video eum, & de collibus contemplor eum. Ecce hic populus separatim habitabit, nec gentibus annumerabitur.

Tertullianus in Apol. de iniustis condemnationib. Cum damnatur a vobis, a Deo absolui-mur.

Discrimen Ecclesie & aliarum gentium.

Quis poterit numerare puluerem Iacob, & summam quartæ partis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & nouissimum meum fit simile nouissimo huius.

Dixit vero Balac ad Bileam, Quid mihi facis? Ego accersui te ut malediceres hostibus meis, & ecce tu benedicis. Ille vero respondens ait, An non me oportet seruari & loqui, quod DOMINVS in

Bernardus sermone 21. super Cantica: Optabat sibi extrema iustorum, sed non ita & principia. Mortem spirituum optant sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, scientes preciosam mortem esse sanctorum. Non curant querere, quem tamen desiderant inuenire, cupientes consequi, sed non & sequi.



ore meo ponit? Balac dixit ad eum, Veni quaeso mecum in alium locum, ex quo possis videre partem eius, non autem totum, & ibi maledic ei.

Et duxit eum in apertam planiciem in fastigio Pisga, & ædificauit septem altaria, & obtulit in singulis altaribus vnum bouem & vnum arietem, & dixit ad Balac, Assiste tuo holocausto, ego vero illic expectabo. Et DOMINVS occurrens Bileam posuit verbum in ore eius, & dixit, Redi ad Balac, & sic loquere, & cum redisset ad eum, ecce assisitebat holocausto suo vnâ cum principibus Moabitarum. Et Balac dixit ad eum, Quid locutus est DOMINVS?

Et ordiens parabolam suam dixit, Surge Balac & audi, auribus percipe eloquia mea fili Zippor: Deus non est homo vt mentiatur, nec filius hominis, vt

Veritas Dei.

pœniteat. An diceret aliquid & non faceret? An loqueretur aliquid nec præstaret? Ecce ad benedicendum accersitus sum. Ego benedico, nec possum id mutare. Non cernitur iniquitas in Iacob, nec labor in Is-

Non est idolatria in Ecclesia.

K raël.

raël. D O M I N V S Deus eius est cum eo,  
 & iubilus regis cum  
 eo. Deus eduxit eos  
 ex Aegypto, forti-  
 tudo eius est sicut  
 vnicornis. Non est enim augurium in  
 Iacob, nec diuinationo in Israël. Statuto  
 tempore dicetur de Iacob & de Israël,  
 quantas res gessit Deus. Ecce hic po-  
 pulus surget tanquam catulus leonis,  
 & tanquam leo efferetur. Non cuba-  
 bit donec comedat prædam, & sangui-  
 nem interfectorum bibat.

Iubilus significat  
 certum modum ca-  
 nendi tubis.

Et dixit Balac ad Bileam, nec male-  
 dices, nec benedices ei. Bileam respon-  
 dens dixit ad Balac, An non dixi tibi,  
 Quicquid D O M I N V S locutus fuerit,  
 hoc faciam. Balac vero dixit ad eum,  
 Veni quæso & ducam te in alium locum,  
 si forte placuerit Deo, vt inde maledi-  
 cas ei. Et assumpsit Balac Bileam in fa-  
 stigium montis Peor, qui ad desertum  
 respicit. Et Bileam dixit ad Balac, Ae-  
 difica mihi hoc in loco septem altaria,  
 & suppedita mihi septem boues & sep-  
 tem arietes. Fecit itaq; Balac sicut lo-  
 cutus fuerat Bileam, & in singulis alta-  
 ribus obtulit vnum bouem & vnum a-  
 rierem.

C A P V T

## CAPVT XXIII.

## Argumentum.

Dv o vaticinia in hoc capite obseruanda sunt, vnum de Messia, alterum de postremo excidio Ierosolyma. Quod enim Bileam de Messia loquatur, cum inquit, Orietur stella ex Iacob, Chaldaica versio testatur, Cum surrexerit rex ex Iacob, & natus fuerit Messias ex Israël, interficiet duces Moab & dominabitur omnibus filijs hominum. Intelligatur autem hoc vaticinium de ea sententia, de qua Esaias cap. 11. concionatur, Percutiet terram virga oris sui. Non enim armis constituitur regnum Christi, sed voce Euangelij colligitur Ecclesia. Deinde vaticinatur Bileam, venturas esse classes ex Kittim, que Assyrios & Ebreos deletura sint. Hic regna in Europa intelligit, & complectitur Alexandrum & Romanos. Nam Alexander non deleuit Ebreos. Sciamus ergo Kittim gentes esse in Europa, ortas à filio Iauan Kittim, tum in locis Gracie vicinis, tum in Italia.

## T E X T V S.

CVM autem Bileam videret D O M I N V M approbare benedictionem  
K 2 quam

quam Israël pronunciarat, non ibat ut antea, ad augures, sed direxit faciam suam versus desertum, & attollens oculos suos vidit Israël collocatum secundum tribus suas.

Et Spiritus Dei agitavit eum, & ordiens parabolam suam ait, Dixit Bileam filius Beor, Dixit vir, cuius oculi aperti sunt.

Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis videt, cui oculi aperiuntur, quoties genua flectit.

Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & habitationes tuæ Israël? Sicut torrentes dilatantur,

sicut horti iuxta fluvium, sicut tabernacula quæ DOMINVS plantat, sicut cedri iuxta aquas. Fluet aqua ex amphora eius, & semen eius erit magnæ vis aquarum. Rex eius superior erit Agag, & regnum eius extolletur. Deus eduxit eum ex Aegypto, fortitudo eius est sicut vnicornis. Deuorabit gentes hostes suos, & ossa eorum comminuet, & telis

Bernardus sermone 3. de Pentecoste: Spiritus sanctus etiam hypocritis datur ad vsum & miraculum, Sed tantum renatis datur ad salutem, auxilium & solatium.

Encomium Ecclesie.



& telis suis conteret. Incuruatus iacuit  
 vt leo, & vt catulus leonis, quis opponet  
 se illi? Benedictus sit tibi benedicens,  
 & maledictus tibi maledicens.

Iratus vero Balac contra Bileam  
 complofis manibus ait, Ego vocavi te  
 vt hostibus meis malediceres, & ecce  
 iam ter benedixisti eis. Nunc ergo fu-  
 ge in locum tuum. Constitueram te ho-  
 nore afficere, sed **D O M I N V S** inter-  
 uertit tibi honorem.

Bileam respondit ei, An non dixi  
 nuncijs tuis, quos ad me misisti, Etiam  
 si Balac daret mihi domum suam refer-  
 tam argento & auro, tamen non possem  
 transire verbum **D O M I N I** faciendo  
 bonum aut malum secundum cor me-  
 um, sed quod **D O M I N V S** locutus fue-  
 rit, hoc oportet me loqui. Et ecce cum  
 rediero ad populum meum veni, &  
 consulam tibi, quid hic populus factu-  
 rus sit populo tuo in nouissimo tem-  
 pore.

Et ordiens parabolam suam ait, Di-  
 xit Bileam filius Beor, Dixit vir cuius  
 oculi aperti sunt, Dixit auditor sermo-  
 num Dei, & qui cognitionem habet al-  
 tissimi, qui visiones omnipotentis vi-



det, & cui oculi aperiuntur quoties genua flectit. Videbo eum, sed non modo, contemplabor eum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & surget scptrum ex Israël, & conteret principes Moab & delebit omnes filios Seth. Occupabit Edom, & Seir subijcietur hostibus suis. Israël autem victoria potietur. Ex Iacob veniet dominator, & perdet reliquias ciuitatum.

Vaticinium de  
Christo.

Cumq; vidisset Amalec exorsus parabolam suam dixit, Amalec primus inter gentes. Sed ad extremum funditus peribit.

Et videns Kenæum exorsus parabolam suam dixit, Firma est habitatio tua, & nidum tuum in petra posuisti. Sed ô Kain combureris, quando Assur te captiuum abducat.

Et iterum exorsus parabolam suam dixit, Heu quis viuet, quando Deus hæc fecerit? Naues ex Cirthim affligēt Assur & Eber, Sed ipse quoq; ad extremum peribit.

Cum Kittim significet gentes in Europa, ortas a Kittim, cōplectitur & Macedonas & Italos.

Surgens

Surgens autem Bileam abiit & redijt  
in locum suum. Et Balac confecit su-  
um iter.

## C A P V T X X V.

### Argumentum.

*D*vo genera peccatorum Deus acerrime odit maximeq; detestatur, Idolatriam videlicet & confusionem libidinum, & aduersus utrunq; iram suam horribilibus pœnis inde vsq; ab initio declarauit, vt hoc loco propter idolatriam & scortationem occisa scribuntur viginti quatuor millia hominum, & suspensi omnium tribuum principes. Quare cogitatione mandati diuini & pœnarum nos ad verum cultum Dei & ad castitatem excitemus. Non enim dubium est præcipue puniri Turcica seruitute idola & libidines, quæ putantur esse concessæ voluptates non dignæ pœna. Imitentur etiam pijs magistratus Nemesin Pinebas in tollendis idolis & illis diris portentis, quæ & iram Dei irritant, & pollunt genus humanum tetræ libidinum confusionibus, quia certissimum est Deum horribiliter irasci & ipsis libidinum confusionibus, & negligentie gubernatorum, qui eas non puniunt, nec fontes è medio tollunt.

## TEXTVS.

**H**Abitabat autem Israël in Sittim, & populus cœpit fornicari cum filiabus Moabitarum, quæ inuitabant populum ad sacrificia deorum suorum. Et populus comedebat, & adorabat deos eorum, & adhærebat Israël Baal Peor. Ibi exarsit ira DOMINI contra Israël, & dixit DOMINVS ad Mosen, Tolle omnes principes populi, & suspende eos DOMINO in conspectu Solis, vt æstus iræ DOMINI auertatur ab Israël. Et Moses dixit ad iudices Israel, Interficiat vnusquisq; viros suos, qui adhærent Baal Peor.

Et ecce venit vir quidam de filijs Israël adducens ad fratres suos Midianitiden spectante Mose & vniuersa multitudine filiorum Israël, qui flebant ante ostium tabernaculi testimonij. Hoc cum videret Pinehas filius Eleazar filij Aharonis sacerdotis, surrexit de multitudine, & sumpsit hastam manu sua, & sequens virum Israëliticum in tabernaculum transfixit vtrunq; tam virum Israëliticum quàm mulierem per ventrem eorum. Et cessauit plaga à filijs Israël,  
& inter-

& interfecti sunt in plaga quatuor & viginti millia.

Et DOMINVS locutus est ad Mosen dicens, Pinehas filius Eleazar filij Aharonis sacerdotis auertit iram meam à filijs Israëli per zelum

suum quo mea causa permotus est ne ego meo zelo delerem filios Israëli. Dices ergo, Ego do ei fœdus

Nemesis est iusta indignatio aduersus turpitudinem, qualis fuit in Pinehas interficiēte stupratorem.

pacis meæ, & habebit ipse ac semen eius post eum fœdus perpetui sacerdotij, quia concepit zelum pro Deo suo, & placationem fecit pro filijs Israëli.

Porro vir Israëliticus interfectus vocabatur Simri filius Salu, princeps in domo paterna Simeon. Et Midianitis mulier interfecta vocabatur Casbi, filia Zur, qui erat princeps cuiusdam familiæ Midianitarum.

Et DOMINVS locutus est ad Mosen, Afficite damno Midianitas & percutite eos, quia detrimentum vobis attulerunt & insidias vobis struxerunt per Peor, & per sororem suam Casbi filiam principis Midianitarum, quæ interfecta est in die plagæ propter Peor

( immiffæ ) & plaga poſtea ſecuta eſt.

## CAPVT XXVI.

### Argumentum.

*I D E O* denuo recenseri populum Deus præcepit, quia iam tulerat ſententiam contra prius numeratos, quorum filios introducturus erat in terram promiffam, quos quidem aſſeruerant ipſi fore captiuos. Iuſſit itē eos recenseri, ut ſuæ benedictionis vim perſpicuam redderet, nimirum ſublatis etiam patribus eundem ſuperſeſſe numerum. Iuſſit præterea ſorte diuidi terram, ut litem & controuerſiam omnem tolleret tanquam Deo per ſortem terram diuidente. Ita enim veluti quadam ſententia rem decerni Deo viſum eſt. Theodoretus in queſtionibus in librum Numerorum.

### T E X T V S.

**L**ocutus eſt autem **DOMINVS** ad Moſen & Eleazar filium ſacerdotis Aharonis, Colligite ſummam vniuerſæ multitudinis filiorum Iſraël à viceſimo anno & ſupra, ſecundum domos patrum ſuorum, omnes qui arma ferre



ferre possunt in Israël. Et Moses atq̄  
 Eleazar sacerdos allocuti sunt eos in  
 campestribus Moab iuxta Iordanem è  
 regione Iericho. A vicesimo anno &  
 supra, sicut præceperat Mosi D O M I -  
 N V S & filijs Israël qui ex Aegypto exi-  
 erant.

Ruben primoge- R V B E N .  
 nitus Israël. Filij  
 vero Ruben, Hanoch, à quo propaga-  
 ta est familia Hanochitarum, Pallu, à  
 quo propagata est familia Palluitaru,  
 Hezron, à quo orta est familia Hezro-  
 nitarum, Charmi, à quo orta est fami-  
 lia Charmitarum. Hæ sunt familiae Ru-  
 ben, Et numerus eorum erat quadra-  
 ginta tria millia septingenti & triginta.

Porro filij Pallu erant, Eliab, & filij  
 Eliab erant, Nemuel & Dathan & A-  
 biram, Hic est Dathan & Abiram præ-  
 cipui in congregatione, qui litem in-  
 tenderunt Mosi &  
 Aharoni in factione  
 Korah, cum litem  
 mouerent D O M I -  
 N O. Et aperiens ter-

Rom. 13. Qui po-  
 testati resistit ordi-  
 nationi Dei resistit  
 & iudicium sibi ac-  
 cerfit.

ra os suum deuorauit eos vnà cum Ko-  
 rah, quando factio mortua est, quando  
 ignis

ignis ducentos & quinquaginta viros deuorauit, & facti sunt in signum. Filij vero Korah non sunt mortui.

Filii Korah tempore Dauidis fuerunt insignes prophetae, vt testantur Psalmi, quibus inscripta sunt nomina filiorum Korah.

Filij Simeon in familijs suis erant, Ne-

SIMEON.

muel, à quo orta est familia Nemuelitarum, Iamin, à quo propagata est familia Iaminitarum, Iachin, à quo orta est familia Iachinitarum, Serah, à quo propagata est familia Serahitarum, Saul, à quo orta est familia Saulitarum. Hæ sunt familiae Simeon, viginti duo millia & ducenti.

Filij Gad in familijs suis erant, Zi-

GAD.

phon, à quo orta est familia Ziphonitarum, Haggi, à quo propagata est familia Haggitarum, Suni, à quo orta est familia Sunitarum, Osni, à quo propagata est familia Osnitarum, Eri, à quo est familia Eritarum, Arod, à quo est familia Aroditarum, Ariël, à quo est familia Ariëlitarum. Hæ sunt familiae filiorum Gad, numero quadraginta millia & quingenti.

Filij

Filij Iuda Ger & I V D A.

Onan, quorū vterq̄ mortuus est in terra Canaan. Erant autem filij Iuda in familijs suis, Sela, à quo orta est familia Selamitarum, Perez, à quo propagata est familia Perezitarum, Serah, à quo est familia Serahitarum, Filij vero Perez erant Hezron, à quo est familia Hezronitarum, Hamul, à quo est familia Hamulitarum. Hæ sunt familiæ Iuda numero septuaginta sex millia & quingenti.

Filij Ifaschar in familijs suis erāt, Tho- Ifaschar.  
la, à quo est familia Tholaitarum, Phuaa, à quo orta est familia Phuaanitarum, Iasub, à quo propagata est familia Iasubitarum, Simron, à quo est familia Simronitarum. Hæ sunt familiæ Ifaschar numero sexaginta quatuor millia & trecenti.

Filij Zebulon in Zebulon.  
familijs suis erant, Sered, à quo est orta familia Sarditarum, Elon, à quo est familia Elonitarum, Iahel, à quo est familia Iahelitarum. Hæ sunt familiæ Zebulon numero sexaginta millia & quingenti.

Filij

Filij Ioseph in fa- Manasse.  
 milijs suis erant Ma-  
 nasse & Ephraim. Filij vero Manasse e-  
 rant, Machir, à quo orta est familia  
 Machiritarum, Machir genuit Gilead,  
 à quo est familia Gileaditarum, Hi au-  
 tem sunt filij Gilead, Hiëser, à quo  
 propagata est familia Hiëseritarum,  
 Helek, à quo est familia Helekita-  
 rum, Afriel, à quo est familia Afriëli-  
 tarum, Sichem, à quo est familia Sichi-  
 mitarum, Smida, à quo est familia  
 Smiditarum, Hepher, à quo est fami-  
 lia Hepheritarum, Zelaphehad vero  
 erat filius Hepher, nec habebat filios,  
 sed filias, quæ vocabantur, Mahela,  
 Noa, Hagla, Milca, & Thirza. Hæ  
 sunt familiæ Manasse, numero quin-  
 quaginta duo millia & septingenti.

Filij Ephraim in Ephraim.  
 familijs suis erant,  
 Suthelah, à quo orta est familia Su-  
 thelitarum, Becher, à quo propagata  
 est familia Becheritarum, Thahan, à  
 quo est familia Thahanitarum, Filij  
 vero Suthelah erant, Eran, à quo est  
 familia Eranitarum, Hæ sunt familiæ  
 filiorum Ephraim, numero triginta  
 duo



duo millia & quingenti. Hi sunt filij Ioseph in familijs suis.

Filij Benjamin in Benjamin. familijs suis erant, Bela, à quo orta est familia Belaitarum, Asbel, à quo est familia Asbelitarum, Ahiram, à quo est familia Ahiramitarum, Supham, à quo est familia Suphamitarum, Hupham, à quo est familia Huphamitarum. Filij vero Bela erant, Ard & Naeman, à quibus ortæ sunt familiæ Arditarum & Naemitarum. Hi sunt filij Benjamin in familijs suis, numero quadraginta quinque millia & sexcenti.

Filij Dan in familijs suis, Suham, à Dan. quo orta est familia Suhamitarum, Hæ sunt familiæ Dan in cognationibus suis, & erant omnes numero sexaginta quatuor millia & quadringenti.

Filij Affer in familijs suis erant, Affer. Iemna, à quo orta est familia Iemnitaram, Iesuui, à quo est familia Iesuuitarum, Bria, à quo est familia Brijtarum. Filij vero Bria erant, Heber, à quo est familia Hebritarum, Mel-



Melchiel, à quo est familia Melchielitarum, Et filia Affer vocabatur Sarah. Hæ sunt familiæ filiorum Affer, numero quinquaginta tria millia & quadringenti.

Filij Naphthali in Naphthali. familijs suis erant, Iaheziel, à quo orta est familia Iahezielitarum, Guni, à quo est familia Gunitarum, Iezer, à quo est familia Iezeritarum, Sillem, à quo est familia Sillemitarum. Hæ sunt familiæ Naphthali, numero quadraginta quinque millia & quadringenti.

Hæc est summa filiorum Israël sexcenta millia, mille, septingenti & triginta. Summa filiorum Israël.

Et DOMINVS locutus est ad Moſen dicens, His diuides terram tanquam hæreditatem iuxta numerum nominum. Pluribus attribues plures partes hæreditatis, & paucioribus partes pauciores. Vnicuique detur iuxta numerum suum. Sorte autem diuidetur terra, iuxta nomina familiarum paternarum hæreditatem accipient. Nam sorte diuides hæreditatem eorum inter plures & pauciores.

Hæc

Hæc autem summa est leuitarum in familijs suis, Gerson, à quo est orta familia Gersonitarum, Kahath, à quo est familia Kahathitarum, Merari, à quo est familia Meraritarum. Hæ sunt familiae Leui. Familia Libnitarum, familia Hebronitarum, familia Mahelitarum, familia Musitarum, familia Korahitarum.

Kahath genuit Amram, & vxor Amram vocabatur Iochebed filia Leui, quæ nata est ipsi in Aegypto, & peperit ipsi Amram Aharon & Mosen, & sororem earum Miriam. Aharoni vero nati sunt filij, Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar. Nadab vero & Abihu mortui sunt, cum obtulissent alienū ignem coram D O M I N O.

Et summa eorū erat, Summa Leuitarum.  
viginti tria millia, à mense & supra. Non enim annumerabantur filijs Israël, quia non assignabatur eis hæreditas inter filios Israël.

Hæc est summa filiorum Israël, quos Moses & Eleazar sacerdos numerauerunt in campestribus Moabitarum iuxta Iordanem è regione Iericho, inter

L

quos

quos nullus erat ex ijs, quos Moses & Aharon sacerdos numerauerant in deserto Sinai. Nam dixerat de eis DOMINVS, Morte morientur in deserto, & nullus ex eis superstes mansit præter Caleb filium Iephunne & Iosuam filium Nun.

Veritas comminationum diuinarum.

## CAPVT XXVII.

### Argumentum.

*PRIOR pars huius capituli est lex æquissima & iuri nature consentanea de diuisione hereditatum, cuius declaratio extat in capite ultimo. ALTERA pars refutat inhumanam & sceleratam orationem eorum, qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium destagratio consequatur. Quemadmodum enim diligens agricola serit arbores, quæ alteri seculo profint: Ita Moysi non minori curæ est qualis status Ecclesie & Reip. post mortem suam futurus sit, quam qualis sit ipso viuente. In hoc exemplum gubernatores bene morati intuentes etiam posterâ secula ad se pertinere arbitrentur, & illam non hominis, sed immanis beluæ vocem detestentur.*

*detestentur, ἐμὸς θάνατος γαῖα μὴ χέιται αὐτοῖς,  
Me mortuo terra misceatur igni.*

T E X T V S.

**F**iliae autem Zela- I.  
phead filij He-  
pher, filij Gilcad, filij Machir, filij Ma-  
nasse, ex familijs Manasse, filij Ioseph,  
quarum nomina erant, Mahela, Noa,  
Hagla, Milca, & Thirza accesserunt &  
steterunt coram Mose & Eleazar sacer-  
dote, & coram principibus & tota con-  
gregatione ante ostium tabernaculi  
testimonij & dixerunt, Pater noster  
mortuus est in deserto, nec fuit con-  
iunctus cum factione Korah, quæ con-  
spiravit contra **D O M I N V M**, sed in  
peccato suo mortuus  
est, nec procreavit  
filios. Quare ergo  
patris nostri nomen  
penitus in familia  
sua interibit, etiamsi non suscepit fi-  
lium. Date nobis etiam possessionem  
inter patris nostri fratres.

Rom. 8. Corpus  
mortificatur ppter  
peccatum. 1. Cor.  
15. Aculeus mortis  
peccatum.

Moses retulit causam earum ad **D O**-  
**M I N V M**. Et **D O M I N V S** dixit ad eum :

Filiæ Zelaphehad recte locutæ sunt. Omnino dabis eis possessionem hæreditariam inter fratres patris ipsarum, & paternam hæreditatem ad eas transferes. Et dices filijs Israëli, Si quis moritur & non habet filium, transferetis hæreditatem eius ad filiam ipsius. Si non habuerit filiam, assignabitis hæreditatem eius fratribus ipsius. Quod si nec fratres habuerit, dabitis eam fratribus patris ipsius. Sin autem nec fratres patris sui habuerit, attribuetis eam consanguineis eius propinquioribus, qui fuerint de familia eius, ut occupent eam. Hoc erit statutum & ius filijs Israëli, sicut præcepit **D O M I N U S** Mosi.

Et ait **D O M I N U S** I I.  
ad Mosen, Ascende in montem hunc Abarim, & contemplare terram, quam ego filijs Israëli daturus sum. Postquam vero contemplatus fueris eam, aggregaberis ad populum tuum, sicut frater tuus Aharon aggregatus est, quia fuistis inobedientes verbo meo in deserto Zin, in contentione multitudinis, ubi me sanctificare debueratis per aquam coram ipsis. Hæc est aqua



est aqua contentionis in Kades, in deserto Zin. Et Moses collocutus est cum

**D O M I N O** dicens,

**D O M I N V S** Deus

spirituum vniuersæ

carnis præficiat vi-

rum congregationi,

qui ingrediatur & e-

grediatur ante eos,

quique eosdem educat

& reducat, ne con-

gregatio **D O M I N I**

fit sicut grex ouium

sine pastore.

Pia sollicitudo  
Moyfi pro Ecclesia.  
Bonus vir in omne  
tempus Reip. suis-  
que consulit, & po-  
steritatem ipsam ad  
se putat pertinere.

Necesse est om-  
nem multitudinem  
habere aliquem in  
se principatum.

Et ait **D O M I N V S** ad Mosen, Ad-  
iunge tibi Iosuaam filium Nun, qui est  
vir præditus spiritu, & impone ei ma-  
nus, & siste eum coram Eleazar sacer-  
dote & coram tota congregatione, &  
præcipe ei coram oculis eorum, & da-  
bis ei de gloria tua, ut ei pareat & obe-  
diat tota congregatio filiorum Israël.  
Et ipse stabit coram Eleazar sacerdo-  
te, qui consulet pro eo oraculum **Vrim**  
coram **D O M I N O**, iuxta verbum eius  
egredientur & ingredientur non solum  
ipse, sed etiam filij Israël cum eo, & to-  
ta congregatio.

Fecit Moses sicut præceperat ei DOMINVS, & tulit Iosua & statuit eum coram Eleazar & coram tota congregatione, & imposuit ei manus, & præcepit ei, sicut DOMINVS cum Mose locutus fuerat.

Moyſes non deſpicit Ioſuam, ſed veneratur eum tanquam organũ Dei & ſucceſſorem tanti laboris.

## CAPVT    XXVIII.

### Argumentum.

*Holocauſtvm* quotidianum ſignificat aſſiduam & diligentem meditationem verbi. Sunt autem tres magne & graues cauſe, quæ nos impellere debent, vt quotidie verbum Dei meditemur. Prima, quia hæc meditatio eſt præcipuus cultus Dei. Quid enim aliud eſt tractare verbum quam ſacrificare, Deum colere, exerceri in impletione primæ tabule? Altera cauſa eſt, quia quotidie nouis fluctibus tentationum obruimur. Semper igitur ad hunc fontem, imo ad ignem hunc recurrendum eſt, vt ruruſus caleſciamus. Tertia cauſa, vt in nobis creſcat lux & ſapientia ſpiritualis. Semper enim innoteſcet aliquid, quod antea nos latuit, ſemper aliquid place-

*placebit, quod antea ceu insipidum negleximus.*

## T E X T V S.

**E**T D O M I N V S locutus est cum Mo-  
se dicens, Præcipe filijs Israël & dic  
eis, Oblationes panis mei, quæ sunt  
mihi sacrificia suauissimi odoris, ob-  
feruabitis statuto tempore, vt ea mihi  
offeratis. Et dice eis, Hæc sunt sacrifi-  
cia, quæ D O M I N O offeretis, Agnos  
anniculos integros, quotidie duos ad  
quotidianum holocaustum, vnum ag-  
num facies mane, alterum vespere. De-  
cimam quoq; partem Ephæ similæ pro  
oblacione permixtam oleo contuso ha-  
bente quartam partem hin. Hoc est  
quotidianum holo-  
caustum, cuiusmodi Holocaustū quo-  
tidianum.  
oblatum est in mon-  
te Sinai in odorem suauitatis, sacrifici-  
um ignitum D O M I N O. Libatio vero  
eius sit quarta pars hin pro agno vno.  
In sanctuario libabitur vinum D O M I-  
N O. Agnum vero alterum facies ve-  
spere vnâ cum oblacione & libatione  
quæ sit similis matutinæ in sacrificium  
ignitum suauissimi odoris D O M I N O.

Die autem sabbati agnos anniculos duos integros, & duas decimas similæ pro oblatione oleo permixtas & libationem eius. Hoc est holocaustum cuiusq; sabbati vltra holocaustum quotidianum & libationem eius.

Primo vero die mensium vestrorum offeretis DOMINO holocaustum duos iuuenos, arietem vnum, septem agnos anniculos integros. Tres etiam decimas similæ pro oblatione, permixtas oleo pro iuueno vno, & duas decimas similæ pro oblatione permixtas oleo pro vno ariete, & vnam decimam similæ pro oblatione oleo permixtam pro agno vno. Hoc est holocaustum suavissimi odoris sacrificium ignitum DOMINO. Libatio vero eius, dimidia pars hinc pro iuueno, tertia pro ariete, quarta pro agno. Hoc est holocaustum cuiusq; mensis anni. Hircus etiam caprarum vnus offeretur DOMINO pro peccato vltra quotidianum holocaustum & libationem eius.

Die vero decimo Pascha.

quarto mensis primi

est pascha DOMINO, & decimo quinto die eiusdem mensis est solennitas,

Septem

Septem diebus comedentur panes in-  
 fermentati. Primus dies sanctus voca-  
 bitur, in quo conuenietis. Nullas ser-  
 uiles operas in eo facietis. Et facietis  
 DOMINO holocaustum, duos iuuen-  
 cos, vnum arietem, septem agnos an-  
 niculos integros vnà cum oblationibus  
 eorum, tres decimas similæ oleo per-  
 mixtas pro iuueno vno, duas decimas  
 pro ariete, & vnã decimã pro vno  
 agno inter septem agnos, præterea  
 hircum vnum pro peccato, vt sit placati-  
 o pro vobis. Et facietis hæc mane vl-  
 tra holocaustum quotidianum. Hoc  
 modo facietis quotidie totos dies sep-  
 tem offeretis panes in odorem suauitatis  
 DOMINO vltra quotidianum ho-  
 locaustum & libationem eius. Et septi-  
 mus dies vocabitur apud vos sanctus,  
 vt conueniatis, nec vllas seruiles ope-  
 ras in eo facietis.

Et dies primitia- Pentecoste.  
 rum, quando offertis

nouam oblationem DOMINO hebdo-  
 madibus vestris circumactis, sanctus  
 vocabitur, quo conuenietis, & nullas  
 operas seruiles facietis. Et facietis  
 DOMINO holocaustum suauissimi o-  
 L 5 doris,



doris, duos iuuenos, arietem vnum, agnos septem anniculos vnà cum oblationibus eorum, tres decimas similæ oleo permixtas pro iuueno vno, duas decimas pro ariete, & vnã decimã pro vno agno inter septem agnos, præterea caprum vt sit placatio pro vobis. Hæc facietis vltra quotidianum holocaustum vnà cum suis oblationibus, sine macula erunt, cum libationib. suis.

## CAPVT XXIX.

### Argumentum.

*DESCRIPTIO* festi tabernaculorum docet nos non tantum de eductione populi Israël ex Ægypto & defensione in deserto, sed etiam de miranda gubernatione & conseruatione Ecclesie à principio mundi post Adæ lapsum. Tunc enim cœpit Deus Ecclesiam ex regno peccati & mortis educere, & in mundo velut in deserto eam mirabiliter regere & seruare. Hæc eodem modo gerentur vsq; ad finem mundi, cum in æterna tabernacula & consuetudinem Dei introducetur Ecclesia.

T E X.

## T E X T V S.

**E**T primus dies Festa septimi mensis.  
 mensis septimi, vocabitur apud vos sanctus, vt conueniatis, & nullas in eo operas seruiles faciatis, quia est dies clangoris vestri. Et facietis holocaustum suauissimi odoris DOMINO, iuuenum vnum, vnũ arietem, septem agnos anniculos integros, vnã cum oblationibus eorum, tres decimas simillæ oleo permixtas pro iuueno, duas decimas pro ariete, & vnã decimam pro vno agno inter septem agnos. Præterea hircum caprarum pro peccato, vt sit placatio pro vobis vltra holocaustum mensis & oblationem eius, & vltra quotidianum holocaustum & oblationem atq; libationem eius, quæ ritu suo fiant in odorem suauitatis. Hoc est ignitum sacrificium DOMINO.

Decimus dies huius septimi mensis vocabitur quoq; apud vos sanctus, quo conuenietis, & affligetis animas vestras, & nullum opus in eo facietis, sed holocaustum DOMINO in odorem suauitatis offeretis, vnum iuuenum,  
 arie-

arietem vnum, agnos septem anniculos integros vnâ cum oblationibus eorum, tres decimas similæ oleo permixtas pro iuuenço, duas decimas pro ariete, & vnâ decimam pro vno agno inter septem agnos, præterea hircum caprarum pro peccato, vltra hostiam pro peccato expiatoriam & quotidianum holocaustum & oblationem atq; libationem eius.

Decimus quintus dies septimi mensis, erit apud vos sanctus, vt conueniatis, nec vllas operas seruiles in eo faciatis, & celebrabitis festum septem diebus DOMINO. Et offeretis DOMINO holocaustum in odorem suauitatis DOMINO, tredecim iuuenços, duos arietes, agnos anniculos quatuordecim integros, vnâ cum oblationibus eorum, tres decimas similæ oleo permixtas pro vno iuuenço inter illos tredecim, duas decimas pro vno ex duobus arietibus, & vnâ decimam pro vno agno ex quatuordecim agnis. Præterea hircum caprarum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationem & libationem eius.

Altero die duodecim iuuenços, duos arietes

arietes, quatuordecim agnos anniculos integros vnà cum oblationibus & libationibus eorum pro iuencis, pro arietibus, & pro agnis iuxta ritum & numerum suum. Præterea hircum caprarum pro peccato, vltra quotidianum holocaustum & oblationem atq; libationem eius.

Tertio die vndecim iuencos, duos arietes, quatuordecim agnos anniculos integros vnà cum oblationibus & libationibus eorum, pro iuencis, pro arietibus & pro agnis iuxta numerum & ritum suum, præterea hircum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationem atq; libationem eius.

Quarto die decem iuencos, duos arietes, quatuordecim agnos anniculos integros, vna cum oblationibus & libationibus eorum pro iuencis, pro arietibus, & pro agnis iuxta numerum & ritum suum, præterea hircum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationē atq; libationem eius.

Quinto die nouem iuencos, duos arietes, quatuordecim agnos anniculos integros vnà cum oblationibus & libationibus eorum, pro iuencis, pro arietibus, & pro agnis iuxta numerum & ritum suum, præterea hircum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationem atq; libationem eius.

libationibus eorum pro iuencis, pro arietibus & pro agnis iuxta numerum & ritum suum. Præterea hircum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationem atque libationem eius.

Sexto die octo iuencos, duos arietes, quatuordecim agnos anniculos integros vnâ cum oblationibus & libationibus eorum, pro iuencis, pro arietibus, & pro agnis iuxta numerum & ritum suum. Præterea hircum pro peccato vltra holocaustum quotidianum & oblationem atq; libationem eius.

Septimo die septem iuencos, duos arietes & quatuordecim agnos anniculos integros vnâ cum oblationibus & libationibus eorum, pro iuencis, pro arietibus & pro agnis iuxta numerum & ritum suum, præterea hircum pro peccato vltra quotidianum holocaustum & oblationem atque libationem eius.

Octauo die erit dies congregationis, quo nullas operas feruiles facietis, & offeretis holocaustū

Octauus dies festi tabernaculorum erat celeberrimus, quo maxima frequentia populi ad sacrificium conuenit in odo-



in odorem suauitatis  
 D O M I N O, vnum iu-  
 uencum, vnum arie-  
 tem, & septem agnos  
 anniculos integros  
 vnâ cum oblationi-  
 bus & libationibus  
 eorum pro iuueno,  
 pro ariete & pro

niebat, audiebat  
 conciones, & con-  
 ferebat pecunias ad  
 templum seu vsus  
 pauperû, quia Deus  
 vult publicos esse  
 congressus, & vo-  
 cem Euangelii sui  
 in publicis congres-  
 sibus sonare.

agnis iuxta numerum & ritum suum.  
 Præterea hircum pro peccato ultra  
 quotidianum holocaustum & oblatio-  
 nem atq; libationem eius.

Hæc facietis D O M I N O in solenni-  
 tate vestra exceptis ijs quæ vouctis &  
 sponte vestra datis in holocaustum,  
 oblationem, libationem & pacificam  
 hostiam. Et Moses dixit filiis Israël  
 omnia quæ ipsi mandauerat D O M I -  
 N V S.

## C A P V T X X X.

Argumentum.

*V S I T A T E* dicitur, Valet iuramen-  
 tum saluo iure superioris. Huius regule,  
 que monet in iuramentis & personas & res  
 considerandas esse, illustre exemplum in hoc  
 capite

capite proponitur. *Expresse enim scriptum est, Cum pater aut maritus contradicunt mulieri iuranti, non valere iuramentum, & eam non fieri ream cum non seruat iuramentum.*

## T E X T V S.

**L**Ocutus est autem Moses cum principibus tribuum filiorum Israël, Hoc est quod præcepit **DOMINVS**. Si vouerit aliquis votum **DOMINO**, aut iuramento animam suam obligauerit, is verbum suum non violet, sed faciat quodcunque ex ore eius egressum est.

Si vouerit mulier votum **DOMINO**, & sese obligauerit in domo patris sui dum adhuc virgo est, & pater eius rescierit votum, quo illa animam suam obligauit, & tamen tacerit, ratum est votum eius & obligatio, qua animam suam obligauit. Si autem prohibuerit eam pater eius illo die simul atq; certior factus fuerit de voto, non valet votum aut obligatio, quo  
animam

Hæc regula intelligatur de re honesta & possibili. Nullum enim iuramentum debet esse vinculum iniquitatis. Fit etiam irrita promissio, vbi re mutata sequitur impossibilitas.

animam suam obligavit, & D O M I N V S  
erit ei propitius, quia pater prohibu-  
it eam.

Si autem fuerit in potestate viri, &  
votum conceperit, aut inconsiderato  
sermone animam suam obligauerit, &  
maritus de hac re certior factus illo  
die tacuerit, ratum est votum eius, &  
obligatio, qua animam suam obligavit.  
Si autem maritus eius prohibuerit eam  
illo die simul atq; rescuerit, irritum est  
votum, & obligatio, qua inconsiderate  
animam suam obligavit, & D O M I N V S  
erit ei propitius.

Votum vero viduæ & repudiatæ quo  
obligauerit animam suam ratum erit.

Si familia alicuius viri votum conce-  
perit, aut iuramento animam suam ob-  
ligauerit, & paterfamiliâs resciscens  
tacuerit nec prohibuerit illud, ratum  
est omne illud votum, & omnis illa ob-  
ligatio, qua animam suam obstrinxit.  
Sin autem irritum fecerit paterfamili-  
âs votum illo die quo rescuerit, nihil  
valet quod ex labijs eius egressum est  
sive sit votum sive obligatio pertinens  
ad animam eius, quia paterfamiliâs  
vinculum soluit. Et D O M I N V S pro-  
pitius

pitius erit familiæ. Omne votum & iuramentum obligans ad affligendū corpus potest paterfamiliâs aut confirmare aut irritum facere. Si enim tacuerit paterfamiliâs vno & altero die, confirmât omnia vota familiæ & obligationem qua obligatur, quia tacuit illo die, quo certior de his rebus factus est. Sin autem irrita fecerit postquam rescuerit, portabit ipse iniquitatem familiæ.

Hæc sunt statuta quæ præcepit DOMINVS Moysi inter maritum & vxorem, inter patrem & filiam, dum adhuc virgo est in domo paterna.

## CAPVT XXXI.

### Argumentum.

*MAIOR* fuit gloria huius populi in deserto, quàm vnquam florente regno in terra Canaan, sicut ordine historia indicat, datum est Manna, date carnes, percussa rupes virga Moysi effudit largos fontes, tecta est multitudo nube interdiu, & noctu prælucentibus flammis, deniq; in prælijs exhibitæ sunt illustria testimonia præsentie Dei, vt hoc loco magna hostium multitudo interficitur nullo Israëlita amisso.

TEX-

T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Exerce vindictam filio-  
rum Israël aduersus Midianitas, vt po-  
stea aggregeris ad populum tuum. Et  
locutus est Moses ad populum dicens,  
Instruite ex vobis viros ad prælium  
contra Midianitas, vt exerceant vindi-  
ctam DOMINI ad-  
uersus Midianitas,  
ex singulis tribubus  
mille, vt ex omnibus  
tribubus mittatis a-  
liquos ad prælium.  
Et deligebant ex mil-  
libus Israël mille ex  
qualibet tribu, duo-  
decim millia probe  
parata ad prælium.  
Moses ergo misit eos  
vnâ cum Pinehas fi-  
lio Eleazari sacerdotis in prælium,  
& sancta vasa, & tubas clangentes in  
manu eius.

Bellum iustū aut  
est defensio neces-  
saria, aut pœna le-  
gitima, aut recupe-  
ratio a legibus or-  
dinata. Remota ve-  
ro iusticia bella ni-  
hil sunt nisi magna  
latrocinia. De his  
teneatur dictū Pin-  
dari, ἕα μάχην, ἕα  
πόλεμον κατὰ θεῶν,  
id est, omitte iniu-  
sta & non necessa-  
ria bella.

Et duxerunt exercitum contra Mi-  
dianitas, sicut præceperat DOMINVS  
Mosi, & interfecerunt omnes mascu-  
los,



los, præterea reges Midianitarū interfecerunt cum trucidatis eorum, videlicet, Eui, Rekem, Zur, Hur & Reba, quinque reges Midianitarū, Bileam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Et filij Israël captiuas duxerunt mulie-

Non minori pœna digni sunt, qui sequuntur alterū, quam ii qui ipsi fuerint impietatis duces.

res Midianitarum & paruulos eorum, omnia iumenta eorum, omnes facultates eorum, & omnia bona eorum diripuerunt. Et flammis perdiderunt omnes eorum ciuitates, in quibus habitauerant, & cunctas arces eorum.

Et acceperunt omnia spolia, & quicquid rapi & ferri poterat, tam homines quàm iumenta, & adduxerunt ad Mosē & Eleazarum sacerdotem & ad congregationem filiorum Israël, videlicet captiuos, & rapta pecora & raptas facultates, in castra quæ erant in campestribus Moab iuxta Iordanem è regione Iericho. Et Mosēs atque Eleazar sacerdos & omnes principes congregationis processerunt eis obuiam extra castra.

Et iratus est Mosēs aduersus capitaneos

neos exercitus, qui erant tribuni & centuriones, qui redierant ex castrensi pugna, & dixit ad eos, Quare omnibus mulieribus vitam concessistis? An non illæ de consilio Bile-

Malum consilium consultori pessimum.

am inclinauerunt filios Israël vt deficerent à DOMINO ad Peor, & grassata est pœna in congregatione DOMINI? Quamobrem interficite omnem masculam sobolem in paruulis, & omnes mulieres, quæ viros cognouerunt & eis accubuerunt. Omnes vero paruulas inter mulieres, quæ nondum cognitæ sunt à viris nec cum eis concubuerunt, conseruate in vita. Et ponite castra septem diebus extra castra ( congregationis ) omnes qui vel interfecerunt aliquem vel interfectos attigerunt, vt expiæmini die tertio & septimo vnà cum captiuis. Et omnes vestes & quicquid ex pellibus confectum est, & omne tegumentum pellicum, & omnia vasa lignea expiabit.

Et Eleazar sacerdos dixit ad milites qui in militiam profecti erant, Hæc est lex, quam præcepit DOMINVS Mosi, Aurum, argentum, æs, ferrum, stannum &

num & plumbum, & quicquid per ignem transit traducetis per ignem & purificabitis, vt aqua segregationis expietur. Quicquid autem non potest ferre vim ignis, traducetis per aquam, & vestes vestras lauabitis die septimo, & eritis mundi, postea venietis in castra.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Collige summam prædæ captiuorum tam hominū quàm pecudum, tu & Eleazar sacerdos & præcipui patres congregationis. Et da dimidiam partem ijs qui militares labores sustinuerunt, & cum hostib. dimicauerunt, & dimidiam partem cōgregationi. Et leuabis DOMINO de viris, qui

in militiam profecti sunt, de quingentis animam vnā tam ex hominibus, quàm ex bobus, ex afinis & ex ouibus, de dimidia parte eorum accipies, & dabis sacerdoti Eleasaro tanquam leuationem

Quando gerens bellum legitimum occupat res eorum qui fontes sunt, sit iusta translatio rerum. Hoc modo iuste translata sunt imperia, vt Cyrus iuste factus est dominus regni Babylonici, vt Esaias cap. 45. inquit de Cyro, Et dabo tibi thesauros absconditos, vt scias quod ego sim Dominus Deus Israël.

tionem **D O M I N I**. De dimidia vero parte filiorum **I s r a e l** accipies portionem vnā de quinquaginta tam ex hominibus quā ex bobus, ex asinis & ex ouibus, & ex omnibus pecoribus, & attribues leuitis qui occupati sunt in custodia tabernaculi **D O M I N I**.

Fecerunt itaq; **M o s e s** & **E l e a s a r** sacerdos, sicut **D O M I N U S** **M o s i** præceperat. Et erat reliqua præda, quam milites rapuerant, sexcenta millia & septuaginta quinque millia ouium, septuaginta duo millia boum, sexaginta & vnum millia asinorum. Et mulierum quæ non cognitæ erant à viris, nec cum eis concubuerant, triginta duo millia animæ.

Fuit autem dimidia pars eorum, qui in militiam profecti erant, quod ad numerum ouium attinet, trecenta millia, septem & triginta millia & quingenta, De his assignabatur **D O M I N O** oues sexcentæ septuaginta quinque. Item boum sex & triginta millia, de quib. assignabantur **D O M I N O** septuaginta duo. Itē triginta millia & quingenta asinorū, de quib. cedebant **D O M I N O** sexaginta & vnus. Itē humanæ animæ sedecim mille,



de quibus cedebant DOMINO triginta  
duæ. Et Moses dabat hanc leuationem  
DOMINI sacerdoti Eleazaro, sicut ipsi  
præceperat DOMINVS.

Altera vero pars dimidia, quam at-  
tribuerat Moses filijs Israël acceptam  
à viris qui militiæ labores sustinue-  
rant, ea videlicet quæ congregationi  
debeatur, erat etiam trecenta millia  
& triginta septem millia & quingenta  
ouium, triginta sex millia bouum, tri-  
ginta millia & quingenta asinorum, &  
sedecim millia animarum. Et Moses ac-  
cipiebat de hac dimidia parte filiorum  
Israël, vnam portionem de quinquaginta  
tam hominum quàm pecudum,  
& dabat leuitis, qui occupati erant in  
custodia tabernaculi DOMINI, sicut  
præceperat DOMINVS Mosi.

Accedentes autem ad Mosen capita-  
nei exercitus, tribuni & centuriones  
dixerunt ad eum, Serui tui collegerunt  
summam militum, qui nobis subiecti  
fuerunt, nec quis-  
quam ex nobis desi-  
deratur. Ideo afferi-  
mus DOMINO mune-  
ra vnusquisq; quod

*ἀδραγὴς μάχης*  
Incruenta victoria.

Semper modesti  
bellatores partem  
spoliorum Deo con-  
inue-



inuenit, vasa aurea,  
torques, armillas, an-  
nulos, inaures & bul-  
las, vt expiemus ani-  
mas nostras coram  
D O M I N O.

Et Moses atq; Ele-  
azar sacerdos acce-  
perunt ab eis aurum & opera ex auro  
facta. Fuitq; omne aurum leuatum,  
quod D O M I N O leuarunt sedecim mil-  
lium, septingentorum & quinquaginta  
siclorum à tribunis & centurionibus.  
Nam viri militares rapuerant prædam  
quisq; pro se. Et Moses vnà cum Elea-  
zaro sacerdote accipiebat aurum à tri-  
bunis & centurionibus, & inferebat in  
tabernaculum testimonij ad recorda-  
tionem filiorū Israël coram D O M I N O.

secrarunt, vt profi-  
terentur victoriam  
esse donum Dei.  
Sic Agesilaus rex  
Spartanus, teste  
Plutarcho, rediens  
ex Asia decimam  
spoliorum Apollini  
dedicauit.

## CAPVT XXXII.

Argumentum.

*HISTORIA* huius capituli monet sæpe  
mutari consilia propter diuersa obiecta, seu  
occafiones, seu dissimiles imperus animorum.  
Et si enim Moses initio duriter obiurgat fi-  
lios

*lios Ruben & Gad, quos putabat sibi quere-  
re precipuam aliquam fortunam: tamen to-  
ta re cognita certis conditionibus assignat eis  
& dimidia tribui Manasse terram Gilead,  
que complectebatur duo regna Sihon & Og.  
Sed pleriq; errare malunt, eamq; sententiam  
quam admauerunt pugnacissime defendere,  
quam sine pertinacia veritatem exquirere.*

## T E X T V S.

**F**ilij Ruben & filij Gad habebant  
magnam copiam pecoris, & viden-  
tes terram Iaëser & Gilead accommo-  
datam suis pecoribus accesserunt ad  
Mosen & ad sacerdotem Eleazarum &  
ad principes congregationis & dixe-  
runt, Terra Athroth, Dibon, Iaëser,  
Nimra, Hesbon, Eleale, Seban, Nebo  
& Beon, quam percussit **DOMINVS**  
coram congregatione Israël est ac-  
commodata pecori, & nos serui tui  
habemus pecora. Et dixerunt, Si in-  
uenimus gratiam apud te, assigna  
hanc terram seruis tuis tanquam hæ-  
reditatem, vt non transeamus Iorda-  
nem.

Moses respondit eis, An fratres ve-  
stri in

ftri in acie versabuntur vobis hîc defidentibus? Quare languefacitis corda filiorum Israël, ne transeant in terram, quam ipsis **DOMINVS** daturus est? Eodem modo fecerunt patres vestri, quando misi eos ex Kades Barnea ad contemplandam terram. Et cum ascendissent vsque ad torrentem Escol, & vidissent terram, langufecerunt corda filiorum Israël, vt nolent ingredi in terram, quam **DOMINVS** ipsis daturus erat.

Et exarsit ira **DOMINI** illo tempore, & iurauit dicens, Hi homines qui ex Aegypto exierunt à vicesimo anno & supra, non videbunt terram, quam iuramento promisi Abraham, Isaac & Iacob, quia non fideliter me secuti sunt, excepto Caleb filio Iephunne Kenisæo, & Iosua filio Nun. Nam fideliter **DOMINVM** secuti sunt. Hoc modo exarsit ira **DOMINI** aduersus Israël, & permisit eos hinc inde per desertum vagari quadraginta annos, donec consumeretur tota hæc generatio, quæ malum perpetrauerat coram **DOMINO**. Et ecce surrexistis pro patribus vestris vt incrementum acciperent homines  
pecca-

peccatores, & vos magis irritaretis æstum iræ DOMINI contra Israël. Si enim auersi fueritis ab eo, diutius relinquet eos in solitudine, & huic toti populo interitum accerseris.

Et accedentes ad eum dixerunt, Tantum caulas hîc extruemus pro gregibus nostris, & ciuitates pro nostris paruulis, Nos autem versabimur in prima acie filiorum Israël, donec perduxerimus eos ad locum suum. Nostri paruuli manebunt in munitis oppidis propter incolas terræ. Non redibimus domum, donec filij Israël occupent quisque suam hæreditatem. Non enim volumus participes esse hæreditatis ipsorum que trans Iordanem est, sed nos contenti erimus hæreditate citra Iordanem versus Orientem.

Moses respondit eis, Si hoc feceritis, & paraueritis vos ad prælium coram DOMINO, transite Iordanem coram DOMINO, qui ex vobis ad bellum armatus est, donec eijciat hostes suos à facie sua, & terra occupata fuerit coram DOMINO. Postea redibitis & eritis innocentes coram DOMINO & coram Israël, & hanc terram tanquam propri-

propriam obtinebitis coram DOMINO. Si autem nolueritis sic facere, ecce, peccabitis contra DOMINUM, & sentietis peccatum vestrum quando inuenerit vos. Extruite ergo oppida pro paruulis vestris, & caulas pro gregibus vestris, & facite quod locuti estis.

Filij Gad & filij Ruben dixerunt ad Mosen, Serui tui facient, sicut DOMINVS meus præcepit. Paruuli nostri, mulieres, facultates & omnia pecora nostra, manebunt in oppidis Gilead. Nos autem serui tui omnes probe parati & armati coram DOMINO in militiam proficiscemur, sicut dominus meus locutus est.

Præcepit itaq; Moses propter eos sacerdoti Eleasaro, & Iosuaë filio Nun, & præcipuis patribus tribuum filiorum Israël & dixit ad eos, Si filij Gad & filij Ruben vobiscum transierint Iordanem omnes parati ad prælium coram DOMINO, & terra vobis subiecta fuerit, attribuite eis terram Gilead tanquam hæreditatem. Si autem non ibunt vobiscum armati, vobiscum hæredes erunt in terra Canaan. Filij Gad & filij Ruben responderunt dicentes, Sicut dominus



minus loquitur ad feruos tuos, sic faciemus. Nos armati proficifcemur coram DOMINO in terram Canaan, & hæreditatem noſtram poſsidebimus in citeriore ripa Iordanis.

Dedit itaq; Moſes filijs Gad, & filijs Ruben & dimidiæ tribui Manaffe filij Ioseph, regnum Sihon regis Amoræorum, & regnum Og regis Baſan, terram vnâ cum oppidis eius in omnibus finibus per circuitum. Et ædificarunt filij Gad Dibon, Ataroth, Aroër, Areroth, Sophan, Iaëſer, Iegabeha, Bethnimra, & Betharan munita oppida & caulas ouium. Filij Ruben ædificarunt Hesbon, Eleale, Kiriathaim, Nebo, Baalmeon, & mutauerunt nomina, & Sibama, & imponebant oppidis nomina, quæ extruxerant.

Et filij Machir filij Manaffe, abeuntes in Gilead ceperunt eam & eiecerunt Amoræos, qui habitabant in ea. Dedit ergo Moſes Machir filio Manaffe, Gilead, & incoluit eam. Iair vero filius Manaffe abiens cepit villas eorum, & appellauit eas Hauoth Iair. Nobah abiens cepit Kenath cum villis eius, & appellauit eam Nobah ex nomine ſuo.

## CAPVT XXXIII.

## Argumentum.

*HISTORIA* eductionis ex *Aegypto* & defensionis in deserto est omnium *historiarum*, omnium *etatum* à principio mundi vsq. ad finem excepta ipsa *Christi* passione & resurrectione, longe maxima. Nec solum est imago *Ecclesie* omnium temporum, sed pars precipua, que ceteris temporibus exempla insignia monstrat, que testantur *Ecclesiam* seruari & regi à Deo sine presidys humanis, & varijs calamitatibus exerceri, magnam partem populi, qui gerit nomen *Ecclesie Dei*, corrumpi & puniri, sed aliquas populi reliquias manere incorruptas, & retinere doctrine puritatem, fidem & veram inuocationem, & experiri mirandas liberationes. Lapsa & polluta est multitudo magno scelere, cum absente *Moyse* coluit vitulum. Magna igitur multitudo interficitur. Fiunt seditiones *Chore* & aliorum, & rursus quatuordecim millia hominum & septingenti perierunt cœlesti flamma, populus scortatione & idolis nouas pœnas accersit. Fiunt interim & varia prelia, & exhibentur illustria testimonia presentie *Dei*.

Cum

*Cum igitur videmus exiguum cœtum esse  
profitentium doctrinam per prophetas &  
apostolos traditam, orbatum prasidijs, &  
conflctantem varijs erumnis, illam imagi-  
nem Ecclesie in deserto intueamur, & non  
deficiamus à Deo, sed sciamus duci Ecclesi-  
am nunc quoq; per desertum, & tegi nube &  
flammis cœlestibus, & adesse ducem Chri-  
stum, sicut illis affuit.*

## T E X T V S.

**H**AEC sunt profectioes filiorum Is-  
raël, qui ex Aegypto exierunt iux-  
ta turmas suas per Mosen & Aharon.  
Et Moses descripsit  
profectioes & mi-  
grationes eorū iuxta  
mandatum DOMI-  
NI, & hæ sunt profe-  
ctioes & migratio-  
nes eorum.

Profecti sunt de  
Raemes die decimo  
quinto mensis primi,  
altero die paschatis  
per manum excellam omnibus Aegy-  
ptijs spectantibus, qui quidem sepelie-  
bant

Deus voluit de-  
scribi profectioes  
Israëitarum, vt po-  
steri cognoscerent  
Dei prouidentiam,  
qui traducens filios  
Israël per arida lo-  
ca, suppeditauit eis  
rerum necessariarū  
copiam, Theodoretus in quæstio. in  
Numeros.

bant primogenita, quæ DOMINVS inter eos percusserat. Nam DOMINVS exercuerat iudicium etiam contra deoseorum.

Discedentes vero ex Raemes castra locarunt in Suchoth, & inde profecti castra metati sunt in Etham, quæ est in extremitate deserti. Ex Etham migrantes manserunt in valle Hahiroth, quæ sita est è regione Baal Zephon, & castra posuerunt è regione Migdol. Ex Hahiroth profecti, & transierunt per medium mare in desertum, & tridui iter confecerunt in deserto Etham, & castra posuerunt in Marah. Hinc profecti venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum & palmæ septuaginta, atq; ibi castra posuerunt.

Ex Elim discedentes & castra locarunt iuxta mare rubrum. Relicto autem mari rubro castra metati sunt in deserto Sin. Inde profecti castra locarunt in Daphka. Hinc migrantes castra locarunt in Alus. Ex Alus profecti castra posuerunt in Raphidim, vbi populo deerant aquæ ad bibendum. Ex Raphidim profecti castra fixerunt in deserto Sinai.

N

Ex Sinai



Ex Sinai discedentes castra metati sunt in sepulchris concupiscentiæ. Inde profecti castra metati sunt in Hazeroth. Hinc migrantes castra posuerunt in Rithma. Ex Rithma profecti castra posuerunt in Rimon Perez. Inde discedentes castra locarunt in Libna. Hinc migrantes castra metati sunt in Rissa. Ex Rissa profecti castra fixerunt in Kehelatha. Inde profecti castra posuerunt in montanis Sapher. Hinc migrantes castra locarunt in Harada. Ex Harada profecti castra posuerunt in Makeheloth.

Ex Makeheloth profecti castra metati sunt in Tahath. Inde discedentes castra posuerunt Tharah. Hinc migrantes castra locarunt in Mithka. Ex Mithka profecti & castra metati sunt in Hasmona. Inde discedentes castra posuerunt in Moseroth. Ex Moseroth profecti castra fixerunt in Bne-Iackon. Hinc migrantes castra metati sunt in Horgidgad. Inde discedentes, & castra posuerunt in Iathbatha. Ex Iathbatha profecti castra locarunt in Abrona. Ex Abrona profecti castra posuerunt in Ezeongaber, Inde discedentes



centes castra metati sunt in deserto Zin, quæ est Kades.

Ex Kades profecti castra posuerunt ad montem Hor in finibus regionis Edom. Ibi ascendit Aharon sacerdos in montem Hor iuxta verbum DOMINI, & moriebatur ibi anno quadragesimo post exitum filiorum Israël ex Aegypto primo die mensis quinti, cum confecisset annos ætatis cen-

Aharonis ætas & mors.

tum & viginti tres. Et Arad rex Canaanorum, qui habitabat in terra Canaan versus Meridiem, audiuit de aduentu filiorum Israël.

Et relicto monte Hor castra locarunt in Zalmona. Inde profecti castra metati sunt in Phunon. Hinc discedentes castra locarunt in Oboth. Inde migrantes castra posuerunt in Igim in montanis Abarim in finibus Moabitarum. Ex Igim profecti castra fixerunt in Dibon Gad. Ex Dibon Gad discedentes castra metati sunt in Almon Diblathaim. Inde migrantes castra locarunt in montanis Abarim è regione Nebo. Relictis montanis Abarim castra metati sunt in campestribus Moabitarum.

bitarum iuxta Iordanem è regione Iericho. Posuerunt autem castra à BethIesimoth vsq; ad planiciem Sittim in campestribus Moabitarum.

Et locutus est DOMINVS ad Moysen in campestribus Moabitarum iuxta Iordanem è regione Iericho dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Postquam transieritis Iordanem in terram Canaan, eijcietis omnes incolas à facie vestra, & omnes ipsorum statuas & fufas imagines perdetis, & omnia ipsorum excelsa delebitis, vt terram occupetis & in ea habitetis. Nam vobis dedi terram vt occupetis eam, & sorte diuidetis terram inter familias vestras, Ac pluribus quidem plura, paucioribus vero pauciora attribuetis, Sicut fors ibi vnicuiq; ceciderit, sic habebit secundum tribus patrum suorum.

Si autem non eieceritis incolas terræ à facie vestra, tunc erunt vobis hi, quos relinqueritis, spinæ in oculis vestris & stimuli pungentes latera vestra, & redigent vos in angustias in terra quam incolitis. Et futurum est, vt quæ cogitauî facere ipsis, faciam vobis.

## CAPVT XXXIII.

## Argumentum.

*VERE in Psalmo 84. comparatur hospitium Ecclesie nidulo. Cogita enim quam angusta sedes fuerit populi Israël ad Iordanem. Nam longitudo non superat miliaria quinquaginta, latitudo maxima vix equat miliaria triginta. In hoc exiguo spacio defendit Deus suam Ecclesiam annos mille & quingentos contra potentiam vicinorum regnorum Aegyptij, Syriaci, Assyrij & Babylonici. Est enim hic nidulus interdum madefactus est, tamen mergi non potuit donec nasceretur Messias. Ita nunc speremus Ecclesiam senescentem habituram esse aliqua hospitia, etiam si Turce, Tartari, Roxolani & alie barbare gentes infinitam vastitatem reliquæ Europe minantur.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est Do  
MINVS ad Mo-  
 sen dicens, Præcipe  
 filijs Israël & dic eis, Cum veneritis in  
 terram Canaan, hæc erit terra, quæ vo-  
 bis cadet in hæreditatem, terra videli-  
 cet Ca-

I.

Termini terræ  
Canaan.

N 3

cet Canaan cum terminis suis. Angulus versus Meridiem incipiet à deserto Zin iuxta Edom, vt sit terminus vester meridianus ab extremitate maris salsi versus Orientem, & reflectatur hic terminus à meridie ascendendo in Akrabim, & transeat per Zinna, & extremitas eius à meridie vsq; ad Kades Barnea & pertingat ad villam Adar, & transeat per Azmon, & reflectatur ab Azmon ad torrentem Aegypti, & delinat in mari.

Terminus vero versus Occasum hic fit, videlicet, mare magnum. Hic sit terminus vester versus Occasum.

Terminus versus Septentrionem hic erit: A mari magno describetis vobis terminum vsq; ad montem Hor & inde vsq; ad Hamath, vt exitus huius termini sit Zedada, & rursus egrediens terminus in Ziphron finiatur in villa Enan. Hic sit terminus vester versus Septentrionem.

Et describetis vobis terminum versus Orientem à villa Enan versus Sepham, & terminus descendat à Sepham in Ribla ab Oriente scilicet Ain. Postea descendat & reflectatur ad latus maris Ci-



ris Cinæreth versus Orientem, & descendat ad Iordanem, vt exitus eius sit mare salsum. Hæc sit terra vestra cum terminis suis per circuitum.

Et Moses præcepit filijs Israël dicens, Hæc est terra, quam sorte inter vos diuidetis, quamq; iussit D O M I N V S dari nouem tribubus & dimidiâ. Nam tribus filiorum Ruben iuxta domos patrum suorum, & tribus filiorum Gad iuxta domos patrum suorum, & dimidia tribus Manasse acceperunt suam partem. Habent igitur duæ tribus & dimidia suam hæreditatem in citiore ripa Iordanis è regione Iericho versus Ortum.

Et locutus est D O M I N V S ad Mo-  
sen dicens, Hæc sunt nomina virorum,  
qui terram inter vos  
diuident, Sacerdos

Diuisores terræ  
Canaan.

Eleazar & Iosua fili-  
us Nun. His adiungetis singularum tri-  
buum principes ad diuidendam ter-  
ram. Et hæc sunt virorum nomina, Ca-  
leb filius Iephunne ex tribu Iuda. Se-  
muel filius Ammihud de tribu Simcon,  
Elidad filius Chilson de tribu Benia-  
min.



min. Buki filius Iagli princeps tribus filiorum Dan. Haniel filius Ephod princeps tribus filiorum Manasse de filijs Ioseph. Kemuel filius Siphthan princeps tribus filiorum Ephraim. Elizaphan filius Parnach princeps tribus filiorum Zebulon. Paltiel filius Asan princeps tribus filiorum Isaschar. Abihud filius Selomi princeps tribus filiorum Affer. Pedahel filius Ammihud princeps tribus filiorum Naphthali. Hi sunt quibus præcepit DOMINVS, vt diuiderent filijs Israël hæreditatem in terra Canaan.

## CAPVT XXXV.

### Argumentum.

*IN HOC capite primum consideretur discrimen cædis ex insidijs factæ seu voluntariæ, & cædis fortuitæ. Nam cædis voluntariæ pœna erat supplicium capitale. Cædis autem fortuitæ pœna erat exilium. Deinde lex de tempore exiliy accommodetur ad totum genus humanum, quod non nisi morte summi sacerdotis secundum ordinem Melchisedec ab exilio in patriam reuocatur, & in anti-*

*in antiquam possessionem iusticie & vite  
 eterne restituitur. Tertio seneritas precepti  
 de pena cedis voluntarie consideretur, quæ  
 magistratus permoneat, vt diligenter officium  
 suum faciant, nec parcant atrociter vio-  
 lantibus mandatum, Non occides. Est enim  
 lex de homicidij poena antiquior Moysæ, &  
 statim post diluuium Gen. 9. promulgata:  
 Qui fuderit humanum sanguinem fundetur  
 sanguis illius per hominem. Et ratio grauif-  
 sima addita est, Quia homo ad imaginem  
 Dei conditus est. Postremo obseruetur dul-  
 cissima particula in fine capitis, Ego sum  
 Dominus habitans inter filios Israël. Scia-  
 mus igitur custodes verbi diuinitus traditi  
 esse domicilia & templa, in quibus vult Deus  
 in eternum habitare.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
 sen in campesribus Moabitarum  
 iuxta Iordanem è regione Iericho di-  
 cens, Præcipe filijs Israël, vt leuitis de  
 hæreditate possessionis suæ assignent  
 vrbes, in quibus habitare possint. Præ-  
 terea suburbia, quæ ambiunt vrbes  
 dabitis leuitis, vt in vrbibus habitent,

& in suburbijs sua pecora & facultates, & varia animalia habeant.

Amplitudo vero suburbiorum, quæ leuitis dabunt, contineat mille cubitos extra mœnia per circuitum. Metiemi- ni ergo extra urbem ab angulo Orientali duo millia cubitorum, & ab angulo Meridionali duo millia cubitorum, & ab angulo Occidentali duo millia cubitorum, & ab angulo Septentrio- nali duo millia cubitorum, vt ciuitas sit in medio. Hæc erunt suburbia eorum.

Et inter vrbes, quas assignabitis leuitis, sex liberas vrbes dabit, vt ad eas confugiat autor cædis, & ultra has attribuetis eis quadraginta duas vrbes, vt omnes vrbes quas dabit leuitis sint quadraginta octo vnâ cum suburbijs earum, Et qui multas possident inter filios Israël plures dabunt, & qui paucas possident dabunt pauciores. Vnusquisq; pro rata parte hæreditatis suæ, quam obtinebit, ciuitates leuitis dabit.

Et DOMINVS locutus est ad Mo- sen dicens, Loquere ad filios Israëli & dic

dic eis, Cum traiecto Iordane veneritis in terram Canaan, eligetis ciuitates, quæ sint liberae vrbes, ad quas confugiat autor cædis inuoluntariæ. Et erunt hæ ciuitates inter vos (præsidia) contra vindicem sanguinis, ne moriendum sit ei, qui cædem perpetravit, donec coram congregatione se iudicio sistat. Et vrbes quas dabitis, erunt sex liberae ciuitates, tres dabitur in ceteriore ripa Iordanis, & tres in terra Canaan. Hæ sunt sex liberae ciuitates tam pro filiis Israël quàm pro peregrinis & inquilinis inter vos, vt ad eas confugiat quisquis autor est cædis inuoluntariæ.

Si quis ferro alium percusserit vt moriatur, is est homicida & interficietur. Si coniecerit in eum lapidem, quo aliquis interfici potest, vt moriatur, is est homicida & interficietur. Si percusserit eum ligno, quo aliquis potest interfici, vt moriatur, is est homicida & interficietur. Vindex sanguinis retrahet autorem cædis ad supplicium. Sicut percussit, ita vicissim interficietur. Quod si odio impulerit eum, aut coniecerit aliquid in eum insidiosè, vt

moria-



moriatur, aut hostili animo percusserit eum manu sua, vt moriatur, interficietur percussor, quia est homicida. Vindex sanguinis retrahet eum ad supplicium.

Si autem casu sine inimicitia impulerit eum, aut coniecerit aliquid in eum sine insidijs, aut lapidem, (quo aliquis interfici potest, & ipse non viderit) in eum coniecerit vt moriatur, & ipse non fuerit inimicus eius, nec male ei voluit, iudicet congregatio inter percussorem & vindicem sanguinis in hoc iudicio, & congregatio liberabit autorem cædis à manu vindicantis sanguinem, & sinet eum redire ad ciuitatem liberam, ad quam confugerat, & ibi hærebit donec moriatur summus sacerdos, qui sancto oleo vnctus fuerat.

Si autem cædis autor transierit fines ciuitatis liberæ ad quam confugerat, & vindex sanguinis deprehenderit eum extra terminos illius liberæ ciuitatis, & interfecerit eum, is non reus erit sanguinis. Nam in vrbe libera commorari debuerat donec moreretur summus sacerdos, &

Cur ad obitum pontificis præferri sacer-



facerdotis redire ad terram possessionis suæ. Hoc erit vobis ius ad omnem posteritatem, vbi cunq; habitaueritis.

Homicida conuictus duobus testimonijs interficiatur. Vnus vero testis non respondebit de anima in causa capitali. Non accipietis vllam placationem pro anima homicidæ, quia est reus mortis, & supplicio afficietur. Nec vllam placationem accipietis pro eo, qui ad liberam ciuitatem confugit, vt redeat ad incolendam terram, donec moriatur sacerdos.

Nolite polluere terram, quam incolitis. Nam reus sanguinis polluit terram, & terra non potest expiari à sanguine, qui in ea effusus est, nisi per sanguinem eius, qui effudit sanguinem. Nolite contaminare terram, in qua habitatis, quoniam ego quoq; in ea habito. Nam ego sum **DOMINVS** habitans inter filios Israël.

bit ei reditum, qui nolens interfecit? Quia mors pontificis secundum ordinem Melchisedec, erat humani peccati solutio. Ille rediit in paradysum eos qui illinc exulabant, Theodoretus in quæstionibus in Numeros.

## CAPVT XXXVI.

## Argumentum.

*IN Republica Israël sanxit Deus libertatem, & distinxit possessiones, & præcepit, ne ab una tribu ad aliam fundi transferrentur, quia sciri volebat ex qua stirpe Messiam nasci decreuerat. Fuit igitur & libertas & proprietas rerum in illa Republica. Quare non recte dicitur, Iure diuino nihil esse proprium.*

## TEXTVS.

**A**ccesserunt autem præcipui patres de familia filiorum Gilead filij Machir, filij Manasse, de familia filiorum Ioseph, & locuti sunt coram Mose & coram principibus atq; præcipuis patribus filiorum Israël, & dixerunt, *Mi domine, DOMINVS iussit terram sorte diuidi inter filios Israël tanquam hæreditatem, Et tu domine mi præcepisti per DOMINVM, vt pars hæreditaria Zelaphehad fratris nostri, filiabus eius assignetur. Si quis igitur ex tribubus Israël eas duxerit vxores, minuetur hæreditas patris nostri, & accessione au-*  
gebi-

gebitur hæreditas tribus, in quam cooptatæ fuerint. Hoc modo fors hæreditatis nostræ minuetur. Ac si venerit iubileus filiorum Israël, adiicietur earum hæreditas illi tribui in qua reperiuntur. Hac ratione minuetur hæreditas patris nostri quod ad illarum possessionem attinet.

Et præcepit Moses filijs Israël secundum verbum DOMINI dicens, Tribus filiorum Ioseph recte locuta est. Hoc est quod præcipit DOMINVS filiabus Zelaphehad dicens, Nubant quibuscunq; volent, si modo nubant alicui in tribu patris sui, ne hæreditates filiorum Israël transferantur ab vna tribu ad aliam. Nam vnusquisq; inter filios Israël adhærebit hæreditati tribus patris sui. Et omnes filiaæ quæ obtinent hæreditatem inter tribus filiorum Israël, nubant alicui ex familia tribus patris sui,

Quam ob causam statuit tribus esse discretas? Vt sincerum cõseruetur semen Iuda, per quod Deus benedictionẽ gentibus pollicitus erat. Communicabant tamen inter se regia tribus ac sacerdotalis, ppter ea quod Christus Dominus in humana natura rex futurus erat & pontifex, Theodo. in quæst. in Numeros.

VT VNUS-

vt vnusquisq; inter filios Israël retineat  
paternam hæreditatem, & non trans-  
ferantur hæreditates ab vna tribu ad  
aliam, sed vnusquisq; adhæreat suæ hæ-  
reditati inter tribus filiorum Israël.

Sicut præceperat **D O M I N V S** Mosi,  
sic fecerunt filiaæ Zelaphehad, Mahela,  
Thirza, Hagla, Milca & Noa, & nups-  
runt filijs patrum suorum in familia fi-  
liorum Manasse filij Ioseph. Sic mansit  
hæreditas earum in familia tribus pa-  
tris sui. Hæc sunt mandata & iura, quæ

præcepit **D O M I N V S** per Mosen  
filijs Israël in campestribus  
Moab iuxta Iordanem  
è regione Ie-  
richo.

**FINIS QVARTI**  
**LIBRI MOYSI.**

*1704*

T H O M A S  
GRAMMATICA  
IN N U M E R O S.

C A P. XII.

PROPTER AETHIOPISSAM.)  
וְאִתּוֹ וְאִתּוֹ occasio. Est igitur sensus :  
Mulier Aethiopica dedit occasionem  
illi contentui & fastui.

AFFLICTVS.) וְאִתּוֹ afflixit. Inde  
וְאִתּוֹ afflictus, vt Zachariæ 9. וְאִתּוֹ  
Ipse afflictus. Et Psalmo 132. Memento  
Domine David & omnis afflictionis  
eius וְאִתּוֹ Prouerb. 18. Ante glo-  
riam afflictio וְאִתּוֹ Etsi igitur  
Moses fuit mansuetus : tamen hic non  
describitur mansuetudo Moyfi, sed mo-  
les ærumnarum, quam auxit æmulatio  
fratris & sororis.

Reliqua in alijs libris Moyfi  
explicata sunt.





**I N D E X M O N -**  
**S T R A N S U S V M**  
 L E C T I O N I S Q V A R -  
 t i l i b r i M o y s i .

I. *Miracula:*

<i>Columna nubis &amp; ignis regens populum Is- raël cap.</i>	9. 10
<i>Manna de caelo sparsum cap.</i>	11
<i>Carnes coturnicum populo Israël datae cap.</i>	11
<i>Virga Aharonis florens &amp; gignens amyg- dalis cap.</i>	17
<i>Flumen aquae ex petra erumpens cap.</i>	20
<i>Serpens aeneus sanans ictos à serpentibus cap.</i>	21
<i>Victoria Israëliitarum incruenta cap.</i>	31

I I. *Exempla irae Dei &  
 pœnarum.*

<i>Pœna fastidij bonorum presentium &amp; appe- titionis voluptatum cap.</i>	11
<i>Pœna emulationis cap.</i>	12
<i>Pœna diffidentiae cap.</i>	14
<i>Pœna tentationis Dei cap.</i>	14
<i>Pœna violationis Sabbati cap.</i>	15
O 2	Pœna

<i>Pœna seditioſis cap.</i>	16
<i>Pœna idolatriæ &amp; ſcortationis cap.</i>	25
<i>Pœna ingrati tudinis &amp; inobedientie cap.</i>	26
<i>Pœna impij doctoris Bileam cap.</i>	31

### III. Exempla gratiæ Dei.

<i>Maria ſoror Moysi cap.</i>	12
<i>Aharon frater Moysi cap.</i>	20
<i>Reliquie populi diuinitus ſeruata cap.</i>	26

### IIII. Exempla virtutum.

<i>Iuſticia diſtributiue cap.</i>	4
<i>Beneſicentia erga miniſterium cap.</i>	7
<i>Æquitatiſ diſpenſantiſ de lege cap.</i>	9
<i>Iuſta indignationis aduerſus ſcelera cap.</i>	25
<i>Boni gubernatoriſ ſoliciti de poſteritate cap.</i>	

27

### V. Leges.

<i>Lex de civili ſatiſfactione cap.</i>	5
<i>Lex de Zelotypia cap.</i>	5
<i>Lex de Nazareis ſeu votiuſ cap.</i>	6
<i>Lex de ordinatione leuitarum cap.</i>	8
<i>Lex de oblatione &amp; libatione cap.</i>	15
<i>Lex</i>	

I N D E X.

<i>Lex de vitanda confusione opinionum, cultu- um &amp; morum cap.</i>	15
<i>Lex de vitu ministrorum cap.</i>	18
<i>Lex de diuisione hereditatum cap.</i>	27
<i>Lex de tribus festis cap.</i>	28. 29
<i>Lex de uois cap.</i>	30
<i>Lex de pœna cadis voluntaria cap.</i>	35

V I. Allegoria, Typi  
& imagines.

<i>Allegoria legis de Nazareis cap.</i>	6
<i>Allegoria segregationis leuitarum cap.</i>	8
<i>Allegoria coturnicum cap.</i>	11
<i>Allegoria virga Aharonis cap.</i>	17
<i>Allegoria vacca ruffe cap.</i>	19
<i>Imago Christi proposita in petra fundente largos fontes cap.</i>	20
<i>Imago Christi proposita in serpente aeneo cap.</i>	21
<i>Allegoria de morte summi sacerdotis cap.</i>	35
<i>Imago Ecclesie exulantis in mundo cap.</i>	33
<i>Holocausti quotidiani cap.</i>	28
<i>Festi tabernaculorum cap.</i>	29

V I I. Causæ.

O 3

Numc-

I N D E X.

<i>Numerationis populi cap.</i>	1. 26
<i>Distributionis castrorum cap.</i>	2
<i>Assidue meditationis verbi cap.</i>	28
<i>Mutationis consiliorum cap.</i>	32
<i>Distinctionis tribuum cap.</i>	36

VIII. Discrimina.

<i>Discrimen delicti voluntarij &amp; inuoluntarij cap.</i>	15
<i>Discrimen cadis voluntarie &amp; fortuite cap.</i>	35
<i>Discrimen pietatis &amp; hypocrisis cap.</i>	23
<i>Discrimen Ecclesie &amp; aliarum gentium cap.</i>	23. 35

IX. Consolationes.

<i>Consolatio de defensione Ecclesie cap.</i>	9. 10.
	33. 34
<i>Consolatio contra scandalum felicitatis im- piorum cap.</i>	20
<i>Consolatio in cruce cap.</i>	20

X. Precationes.

<i>Formula benedictionis leuitica cap.</i>	6
	Pre-



I N D E X.

*Precatio Moysi pro populo cap.* 14. 16

XI. *Vaticinia:*

*De Messia cap.* 24

*De excidio Ierosolyme cap.* 24

F I N I S.

L I P S I Æ

*In officina Ernesti Vœgelini  
Constantiensis.*

*Anno M. D. LXVI.*

1 1 1 1

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847

1847